C.1.3
1
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 B
30

13-20. a. 17

XIX Br 40


SCHOLIA
IN
PRIMARIAS PRECES
IMPERATORIS,
In Quinque Sectiones diuiſas :

AB IPSO AVTHORE RECOGNITA,
Variis Rotæ Deciſionibus ac diuerſis Pontificum & Impera-
torum Conſtitutionibus, Cardinaliumq́ue ſacri Concilii
Tridentini Interpretum Declarationibus, iuxta
ſtylum & praxim præſentis temporis illuſtrata.

Acceſſerunt ad ſingulas Sectiones Argumenta & Summaria,
Indéxque Quęſtionum & Materiarum locupletiſſimus.

AVTHORE
JOANNE à CHOKIER DE SVRLET,
Canonico & Vicario Generali Leodienſi, necnon
Abbate ſeculari Viſetenſi, &c.

Editio ſecunda & poſthuma.



LEODII,
Typis Viduæ LEONARDI STREEL, M. DC. LVIII.
Superiorum permiſſu.

INVICTISSIMO,
AUGUSTISSIMOQUE
ROMANORUM IMPERATORI,
Hungariæ & Bohemiæ Regi, &c.
NECNON
EMINENTISSIMIS
SERENISSIMIS,
ILLVSTRISSIMISQUE PRINCIPIBUS,
MOGVNTINENSI,
COLONIENSI,
TREVIRENSI.
Archiepiſcopis, ſacríque Romani Imperij
Electoribus Eccleſiaſticis, ac per
Germaniam, Italiam, Galliámque
reſpectiuè Archicancellarijs, &c.
Dominis ſuis clementiſsimis.

AVGVSTISSIME & INVICTISSIME CÆSAR, necnon EMINENTISSIMI, SERENISSIMI ILLUSTRISSIMIQVE PRINCIPES SACRI ROMANI IMPERII ELECTORES ECCLESIASTICI,

Memoria teneo me ab hinc aliquot annis varios caſus animi cauſa annotaſſe circa diſpoſitionem primariarum Pre-

*2 cum

cum, quas S. D. N. Paulus Papa quintus, pro ſua in Eccleſias Germaniæ Pietate, Inuictiſſimo & Auguſtiſſimo FERDINANDO II. Sacræ Cæſareæ ſuæ Maieſtatis Auo conceſſerat, verùm delectatus illecebra materiæ quæ in Tribunalibus maximè Eccleſiaſticis exindè verſabatur, vti etiamnùm promiſcuè verſatur, cenſui Libellum locupletandum, & quæ à prima editione occurrerant Auguſto & Inclytis Nominibus veſtris dicanda eſſe, præſertim quod Sacram ſuam Cæſaream Maieſtatem iuxta Diuorum Cæſarum prærogatiuas, indubiè idem Indultum à ſancta Sede aſſecuturam fore, ſeu etiamnum aſſecutam eſſe credatur. Hiſce prælucentibus liquido eiuſdem Suæ Maieſtatis Beneficiarij deſiderata opportunè aſſequentur, & ex facili obſtacula (ſi quæ obueniant) amouere poterunt, fulti præſertim præſidio & auctoritate eiuſdem Maieſtatis veſtræ Cæſareæ, quam vt vultu ſereno Scriptiunculam hanc Auguſtiſſimæ ſuæ Maieſtatis, Celſitudinumque veſtrarum ſolijs appenſam conſpicere dignentur, penitùs aueo & demiſſiſſimè obteſtor

SVÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS,
VESTRARVMQVE CELSITVDINVM,

Humillimus & Deuotiſſimus Seruus

IOANNES à CHOKIER DE SVRLET, Canonicus & Vicarius Generalis Leodienſis, &c.

AD LECTOREM.

BEneuole Lector, veriloquium eſt & monitum vtile Doctoris Gentium Sancti Pauli, quo dicebat: *Videte quomodo cautè ambuletis non quaſi inſipientes, ſed quaſi ſapientes redimentes tempus quantum dies mali ſunt*, quibus verbis videtur monere litigioſos, vt à litibus abſtineant, neque ijs nimium indulgeant quod multorum bonorum operum exercitijs impendendum eſt ad ſalutem, quod ipſum cogitanti mihi quantis litium anfractibus plerique obruantur occaſione Precum Primariarum, quæ alioqui optimis ab inclyta Cæſaris munificentia viris bene de Republicâ meritis non raro conceduntur, nemini non notum eſt, Ego ad eaſdem Preces bono vt ſpero publico litium ſegetem tollendi cauſa ſcribere, haſque Additiones ad Commentaria mea priora vulgare in animum induxi meum, vt iſtam materiam tam Ordinarij quàm etiã Preciſtæ, quibus potiſſimũ hęc ſcribuntur facilius ac labore leuiori percipere valeant, hęc ſecunda editio varijs Rotę deciſionibus tam manuſcriptis quàm impreſſis, ac diuerſis Pontificum atque Imperatorum Conſtitutionibus, Cardinaliumque Sacri Cõcilij Tridentini interpretũ declarationibus anteriore locupletior in lucẽ prodit. Cæterùm ſcire te velim candide Lector, quod propter varias in grauibus negotijs alias occupationes adiunctarum primo tractatui additionũ elucubrationes fuerint aliquo temporis interuallo intermiſſæ, adeoque mirum non ſit, ſi plura fortè omiſſa inpræſentiarum deſiderentur, & inter alia *ad paginam vigeſimam ſeptimam deſignatio Ferdinandi Imperatoris illius nominis Tertij Electi anno 1637. Filij Ferdinandi in Regem Roma- Secundi, necnon commemoratio Ferdinandi Quarti Altiſſimæ memoriæ, norum electi anno 1653. eiuſdem Ferdinandi Tertij Filij, & etiam Pag.* 30. *addi opportuiſſet quod præfatus Ferdinandus Secundus feliciſsimæ memoriæ re cum reliquis Electoribus communicata, Pontifice item maximo ijſdemq; Electoribus ratificantibus Electoralem dignitatem cum omnibus*

annexis,

annexis, iuribus & ditionibus ad ſacram Cæſaream Maieſtatem vigore communis iuris feudalis, aureæ bullæ & conſtitutionum Imperij deuolutam, Maximiliano Sereniſſimo Bauariæ Duci, ob innumera illius præclarè & generosè de Sua Maieſtate, Romano Imperio & orthodoxa Republica merita accedente inueſtitura conſueta reddiderit, vt veluti poſtliminio hæc dignitas in eum ſtatum ac locum à quo vi & iniuria Palatinorum per trecentos ſerè annos exulauerat reuerſa ſit, quemadmodum totidem verbis tradit Wilhelmus Beckers in ſua ſynopſi Iuris Imperij Romano Germanici titulo de Electore Bauariæ, Chriſtophorus Gewoldus de Sacri Romani Imperij ſeptemviratu Cap. X. vbi fusè de Iuribus Ducum Bauariæ, ijs ratione ſui Ducatus ab antiquo ad Electoratum competentibus diſſerit. Poterat identidem mentio fieri de actu declarationis & proteſtationis per SS. D. N. D. Innocentium X. Pontificem maximum anno 1648. Nouembris 26. Pontificatus ſui anno 5. factæ ac typis editæ contra ſuper inductam in perſonâ Caroli Ludouici Comitis Palatini Electoralis dignitatis nouationem, ſic aucto ſeptem Principum Electorum numero abſque S. Sedis auctoritate ac beneplacito, *cuius actus tenorē nihilominus operæpretium viſum fuit inſerere.* Porro errores, tranſpoſitiones, & mendas Typographicas quæ tā in remiſſionibus, quàm in ipſo contextu huius editionis, me alijs in negotijs officij mei diſtento, præter opinionem irrepſerunt, tu Beneuole Lector pro tuo candore, tuaque peritia ut in calce præſentis Tractatus indigitatur, excuſa & emenda, & alia quæcumque contra criticos ac mordaces zoylos defende. Interim vale feliciter & fruère.

JNNO-

INNOCENTIVS PAPA X.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ZElo Domus Dei animum noſtrum aſſiduè commouente in eam præcipuè curam ſedulò incumbimus, vt orthodoxæ fidei integritas, ac Eccleſiæ Catholicæ dignitas, & authoritas vbique ſarta tecta conſeruetur, nevè eorum, qui quærunt ſua potiùs, quàm quæ Dei ſunt, facto iura Eccleſiaſtica, quorum Aſſertores à Domino conſtituti ſumus, aliquod detrimentum accipiãt Noſque Supremo Iudici rationem villicationis noſtræ reddituri, negligentiæ, in credita Nobis adminiſtratione arguamur. Sanè cum intimo doloris ſenſu accepimus quod per complures vnius Oſnabrugis die vj. Auguſti præſentis Anni M. DC. XXXXVIII. inter Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem Electum cum ſuis fœderatis, & adhærentibus ex vna, ac Suecos cum eorum itidem ſœderatis & adhærentibus ex altera; nec non alterius Pacis Monaſterij Weſtphaliæ die xxiv Octobris eiuſdem anni M. DC XXXXVIII. inter eundem Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem electum cum ſuis pariter fœderatis, & adhærentibus ex vna, atque Chariſsimum etiam in Chriſto filium noſtrum Ludouicum Francorum Regem Chriſtianiſsimum cum ſuis ſimiliter fœderatis ex altera partibus reſpectiuè initarum articulos grauiſsima Religioni Catholicæ, diuino cultui, Sedi Apoſtolicæ & Romanæ, ac inferioribus Eccleſijs, Ordinique Eccleſiaſtico, ac iuriſdictionibus, authoritatibus, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, priuilegijs, rebus bonis, ac iuribus illorum illata fuerunt præiudicia. Etenim pactionibus partim vtriuſque, partim alterius pacis huiuſmodi inter alia, bona Eccleſiaſtica aliàs ab Hæreticis occupata, illis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum addicuntur. Hæreticis Auguſtanæ vt vocant, confeſsionis liberum ſuæ hæreſeos exercitium in pleriſque locis permittitur & locorum pro ædificandis ad hunc effectum templis aſsignatio promittitur, ipſique cum Catholicis ad publica munia, & officia, ac ad nonnullos Archiepiſoppatus, Epiſcopatus, aliaſque dignitates & beneficia Eccleſiaſtica, *Precumq; primariarum eidem Ferdinando Regi in imperatorem electo à præfata Sede Apoſtolica conceſſorum participationem admittuntur. Annatæ, iura Pallij, confirmationes, menſes Papales, & huiuſmodi iura, ac reſeruationes in bonis Eccleſiaſticis dictæ confeſsionis Auguſtanæ excluduntur. Confirmationes, electionum, ſeu poſtulationum prætenſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aut Prælatorum eiuſdem confeſsionis poteſtati ſæculari attribuuntur. Plures Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Monaſteria, Præpoſituræ, Balliuiæ, Commendæ, Canonicatus, & alia beneficia, & bona Eccleſiaſtica Principibus Hæreticis, eorumq; hæredibus etiam ſublata denominatione Eccleſiaſtica in feudum perpetuum ſub dignitatis ſæcularis titulo conceduntur,* Contra pacem huiuſmodi, vllumvè eius articulum nulla iura canonica, vel ciuilia, communia, vel ſpecialia, Conciliorum decreta, Religioſorum Ordinum

regulas

regulas, iuramenta aut concordata cum Romanis Pontificibus, vllavè allia ſtatuta ſiuę politica, ſiue Eccleſiaſtica, decreta, diſpenſationes, abſolutiones, aut aliàs exceptiones allegari, audiri, vel admitti debere diſponitur. *Numerus ſeptem Electorum Imperij olim Apoſtolica authoritate præfinitus ſine noſtro, & Sedis præfatæ beneplacito augetur, & octauus Electoratus in fauorem Caroli Ludouici Comitis Palatini Rheni Hæretici inſtituitur*, aliaque multa quæ pudet referre Orthodoxæ Religioni, Sedique præfatæ, ac Romanæ, & inferioribus Eccleſijs, cæteriſque præmiſſis ſummopere præiudicialia, & damnoſa decernuntur. Et quamuis Venerabilis Frater Fabius Epiſcopus Neritoneñ. noſter, & Sedis præfatæ ad tractum Rheni, & inferioris Germaniæ partes Nuncius Apoſtolicus extraordinarius in executionem mandatorum noſtrorum fuerit palam noſtro, & eiuſdem Sedis nomine proteſtatus eiuſmodi Articulos eſſe irritos, nullos, iniquos, ac per non habentes poteſtatem temerè contractos, atque pro talibus ab omnibus habendos: ac notiſſimi iuris ſit quamcumque tranſactionem, ſeu pactionem in rebus Eccleſiaſticis ſine præfatæ Sedis authoritate factam, nullam, nulliuſque roboris, & momenti exiſtere, attamen quo efficacius præmiſſorum indemnitati conſultum ſit, pro commiſſi Nobis ex alto Paſtoralis officij debito prouidere volentes, ac inſtrumentorum vtriuſque Pacis huiuſmodi, omniumque in illis contentorum, cæterorumque hic etiam neceſſariò exprimendorum, & inſerendorum tenores etiam veriores, & datas ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prædictos alterius, ſeu vtriuſque pacis huiuſmodi articulos, cæteraque in dictis inſtrumentis contenta, quæ Catholicæ Religioni, diuino cultui, animarũ ſaluti, eidem Sedi Apoſtolicæ, Romanæ & inferioribus Eccleſijs ac Ordini & Statui Eccleſiaſtico, illorumque perſonis, membris, rebus, bonis, iuriſdictionibus, authoritatibus, immunitatibus, libertatibus, priuilegijs, prærogatiuis, & iuribus quibuſcumque quomodolibet officiunt, ſeu præiudicium etiam minimum afferunt, ſeu inferre, ſeu intuliſſe, & aliàs nocere, ſeu nocuiſſe quoquomodo dici, intelligi, prætendi, vel cenſeri poſſent cum omnibus inde ſecutis, & quandocumque ſequendis ipſo iure nulla, irrita, inualida, iniqua, iniuſta, damnata, reprobata, inania, viribuſque & effectu vacua omninò fuiſſe, eſſe & perpetuò fore, neminemque ad illorum, & cuiuſlibet eorum etiamſi iuramento vallata ſint, obſeruantiam teneri, neque ex illis cuipiam aliquod ius vel actionem, aut titulum coloratum vel cauſam præſcribendi etiamſi longiſſimi, & immemorabilis tẽporis poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio etiam citra vllam interpellationem, ſeu interruptionem ſubſequatur, acquiſitũ fuiſſe, nec eſſe, minusvè vllo tempore acquiri, & competere poſſe, neque vlla vllum ſtatum facere, vel feciſſe, atque perinde ac ſi nequaquam emanaſſent pro non extantibus, & non factis perpetuò haberi debere tenore earundem præſentium decernimus & declaramus. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, articulos præfatos, aliaque præmiſſa, vt præfertur, præiudicialia Motu, ſcientia,

deli-

deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus dānamus, reprobamus, irritamus, caſſamus, annullamus, viribuſque & effectu euacuamus, & cōtra illa deque eorum nullitate coram Deo proteſtamur. Et quatenus itidem opus ſit, eaſdem Sedē Apoſtolicam, Romanāque, & inferiores Eccleſias, ac quælibet loca pia, & quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas aduerſus illa in integrum, ac priſtinum, & eum in quo ante prædictam, & quaſcumque alias aſſertas, ſeu prætenſas anteriores tranſactiones, pactiones, ſeu conuentiones circa præmiſſa vbicumque, & quomodocumque factas, erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, ac plenariè reintegramus: Præſentes quoque litteras cum omnibus, & ſingulis in eis contentis etiam ex eo quod præfati, & quicumque alij etiam ſpeciali mentione, & expreſsione digni, & in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe habētes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis nullatenus conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi, minuſque cauſæ propter quas eædē pręſentes emanarunt deductæ, verficatæ, ſeu alijs ſufficienter, aut etiā nullo modo iuſtificatæ fuerint, nullo vnquam tēpore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut inualiditatis vitio, ſeu intētionis noſtræ, aut alio quouis quantumlibet magno inexcogitato, & ſubſtantiali defectu, aut ex quouis alio capite à iure vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine reſultante, aut ex quocumque alio colore, prætextu, cauſa, & occaſione notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius, vel controuerſiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci poſſe, ſed eaſdem præſentes ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obſeruari, ſicque & non aliter in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam Palatij Apoſtolici Auditores, nec non S.R.E. Cardinales etiā de latere Legatos, ac eiuſdem Sedis Nuncios, & quoſuis alios quacumque authoritate fungentes nunc & pro tempore exiſtentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, declarandi, & interpretandi facultate, & authoritate ſemper, & vbique iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis tam generalibus, quàm ſpecialibus etiam in Concilijs vniuerſalibus editis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſt. regula de non tollendo iure quæſito, & Conſtitutione fel. rec. Pij Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri de gratijs qualecumque intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concedentibus infra certum tunc expreſſum tempus in eadem Camera præſentandis & regiſtrandis, ita vt præſentes nullo vnquam tempore in eadem Camera pręſentari, ſeu regiſtrari neceſſe ſit: Legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, nec non quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, vſibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis, conceſsionibus, & litteris Apoſtolicis quibuſcumque locis, & perſonis etiam Imperiali, Regali & alia quauis ſiue

Eccleſiaſtica, ſiue mundana dignitate fulgentibus, & aliàs quomolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam Conſiſtorialiter ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales ibidem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſsio facienda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent, præſentibus pro plenè, et ſufficienter expreſsis, et inſertis, formamque in illis traditam pro ſeruata habentes, ad præmiſſorium effectum ſpecialiter, et expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autẽ vt earundem preſentium tranſumptis etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, et ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique locorum, et gentium in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xxvj. Nouembris M. DC. XXXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

M. A. MARALDVS.

JNDEX

ADMODVM REVERENDO AMPLISIMOQVE DOMINO, D. JOANNI A CHOKIER DE SVRLET, CANONICO AC VICARIO GENERALI LEODIENSI, ABBATI SECVLARI VISETENSI.

Hoc Carmen omnium Doctiſsimarum eiuſdem R. D. Lucubrationum Index,

Obſeruantia ergo D. C. Q.

F. BARTHOLOMÆVS D'ASTROY

QVàm benè (*Docte Senex*) Studijs melioribus ætas
Detrita, mundo profuit!
Edita quot per te præclara Volumina paſſim
Peritiores lectitant!
Sex Libri Politici. Cùm Placuit *Regimen Ciuile* retexere & artem
Quam iure dicunt artium,
Sũmo Pôtifi:i Paulo V & Sereniſſ. Princ. Ferdinando dicati. *Bis ternis* expreſſa *Libris, Pauloq;* dicata
Summo probata eſt *Præſuli.*
Atque iterùm formata typis iterumque renaſcens
Eſt *Ferdinando* dedita.
Quas etenim partes Prudentia vindicat, vſquam
Te nemo docuit doctius.
Diſquiſitiones militares, &c. ſiue de Imperatoris inſtitutione. *Militis* atque *Ducis munus diſquiris* agendum
Notis ſeueris *annotans.*
Mox *Legatorum* longè ardua munia dictas,
Tractatus continens legationem ad Principes. Suæque Spartæ commones:
Artibus ergò tuis & belli & pacis alumnos.
Sago Togâque perfacis
Debuit illuſtri ſcriptum hoc illuſtre Patrono
Magnoque ferri Principi.
Henricus Bauarus quo *Principe Legia* gaudet
Sibi dicatum vindicat.

Indeque

Cõmentarij in Regul. Cancellariæ Gregor. XV Indeque *Romanæ* ſcrutans penetralia *Praxis*
Veteroſque ſenſus illius,
Quidquid habere iuris *Sacra Cancellaria*, pandis
Sub Gregoriano nomine.

Cõmentarij ad Prece. Imperial. tribus Electoribus Ecclesiasticis. *Cæſareis* demùm *Precibus* ſuffragia ſeruas
Doctique ſcriptis explicas
Quæ ſua ſunt ſic *reddis Cæſaribusq́; Deoq́;*
Æquis vtrimque partibus.
Sacris Principibus quibus *Electiua poteſtas*
Opus politum nuncupas.

De re Nummaria. *Mox veteres Nummos* antiqua ærugine terſa
Noſtro reponis ſæculo
Quisvè vſus fuerit, valor aut præſtantia quondam
Ceu ponderator æſtimas.

Vindiciæ libertatis Eccleſiaſt. Succedit maior rebus maioribus ætas
Martemq́ue iungis Palladi
Qua *Libertate* inconcuſſa *Eccleſia* gaudet
Te *vindicata* eſt *Vindice.*

Syntagma de Cõmut. Benefic. Princip. Oſnaburgen. De *Commutandis Sacris titulisque bonisq́;*
Syntagma clarum prodijt.
Oſnabrugenſi Liber hic magnoq́ue pioq́ue
Eſt iure ſcriptus *Præſuli*;

De Senectute Sereniſ. Princ. Ferdinando. Cùm tua Cygnæas imitantur tempora plumas
Anniq́ue ſenſim decidunt.
Sola quies mentis ſtudium eſt, & voce ſonora
Oloris inſtar concinens,
Grandæuæ memoras *ſolatia Sancta Senectæ*
Ac *Ferdinando* conſecras.

Erotemata Indulgentiarum. Hinc tibi *Cælitibus* placet indulgere *Theſauris*
Manuq́ue larga fundere;
Vt doceas populos diuini munera doni
Et parta Chriſti ſanguine
Quodvè habeat meritum, quas *Indulgentia* vires
Cuiuis legenti detegis;

De Trãquillitate animi *Tranquillo* tandem *Senecæ* tranquilla refundis
Æui fugacis otia.
Nec tamen effœtos hoſtis contemneret annos
Reſumis arma priſtina:

Paræneſis ad hæreticos

Hæretiquosque monens ad caſtra reducere tentas
Parcens cruento prælio.
Sed cum pacificis furibunda rebellio verbis
Sæuo reſiſtit impetu :

Apologeticus Liber aduerſus Samuelem Mareſium,

Tùm gladium ſtringens *Samuelem* conficis ictu
Et perduellem proteris.

Fax Hiſtoriarum Ser. Principi Maximiliano.

Mox *facis Hiſtoricæ* colluſtrans lumine mundum
Trophæa clara ſuſcitas ;
Hoc opus, Illuſtri placuit tibi figere meta
Maximiliano Principi
Cui feret acceptam (qua floret Legia) pacem
Bellique triſtis terminum
Hoc etenim Rectore ratis quaſſata procellis
Et hauſta penè fluctibus ,
Poſt tempeſtates poſt mille pericula, tandem
Fido reducta eſt littori
En vitæ curſus laudabilis, en tibi palma
Non inuidendæ gloriæ.
Quam ſi pro meritis homines celebrare recuſent ,
Cælum coronis compleat.

APPRO-

APPROBATIONES
THEOLOGORVM.

ADditiones Reuerendi ac Nobilis admodum Domini IOANNIS à CHOKIER DE SVRLET Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis Canonici, ac Vicarij generalis, &c. ad Scholia eiuſdem in Preces primarias Imperatoris ſedulò perlegi,nec quidquam in ijs reperi quod ſanæ doctrinæ aduerſetur, quinimò, quantum iudicare valeo, videntur mihi materiam illam prorſus enucleare , ideoque prælo digniſsimæ. Leodij, 1. Octobris, 1654.

HENRICVS DV MONT, S. Theolog. Licent. Eccleſiæ Cathedralis Leodien. Canonicus , Examinator Synodalis.

HÆ Reuerendi ac Pręnobilis Domini IOANNIS à CHOKIER DE SVRLET, Additiones ad Scholia in Preces primarias Imperatoris, ſpirant ſolidum Authoris Clariſsimi iudicium ac ingenium: & proindè luce publicâ digniſsimas cenſeo , vt fructus eruditæ lucubrationis ad plures pertingat. Leodij, 24. Auguſti , 1654.

F. BARTHOLOMÆVS D'ASTROT , S. Theolog. Profeſſor.

ADditiones Reuerendi ac Nobilis admodum Domini IOANNIS à CHOKIER DE SVRLET, Cathedralis Eccleſiæ Canonici , necnon in Spiritualibus Vicarij Generalis, &c. ad Scholia in Preces primarias Jmperatoris, quæ præfatus Dominus pridem pręlo dedit non inuitus ſed lubens euolui , diligenterque & accuratè percurri,cùm autē nihil in illis offenderim morum probitati, aut rectæ rationi diſſonum,neque à Sacris Canonibus aut à doctrinâ Chriſtianâ alienū,cenſeo illas in pręfatorum Scholiorum maiorē elucidationem plurimum facere ac proindè meritò poſſe prælo dari. Datum Leodij, 17. Septembris, 1654.

F. BONAVENTVRA LANTINVS, S. Theol. Doctor, necnon FF. Minorum Conuentual. S. Franciſci Leod. Definitor perpetuus.

INDEX QVÆSTIONVM.

Annatas quis primo introduxerit. Pag. 186. n. 23.

Annata quibus ſoluenda, & inter quos diſtribuenda & à quo ſolui debeat, pag. 187. n. 27. & 31.

An per clauſulam nonobſtan. precibus inſertam derogatum cẽſeatur iis regulis Cancellariæ quæ ſunt vbique in celebri obſeruantia, pag. 152. n. 2.

An regula Cancellariæ XI. reuouocatoria exſpectatiuarum ceſſet in primariis precibus, pag. 153. n. 2.

Beneficia electiua an cadant ſub precibus, pag. 61. n. 34.

Beneficia vacãtia aliter quam per extrauagantem ad regimen an ſint precibus affecta. pag. 124. n. 43.

Beneficia iurispatronatus mixti, an cõprehẽdũtur ſub precibus, p. 65. n. 39.

Beneficio effecto litigioſo & poſtea per obitum preciſtæ vacãte, an poſſit Cæſar alteri preces cõferre, p. 43. n. 7.

Cæci an ſint capaces precum, pag. 66. n. 41.

Cæſar qui vnum nominauit an variare poſſit, pag. 38. n. 3.

Cæſar an ſecundum nominare poſſit, ſi preces quoad primum non ſint ſortitæ effectum, pag. 42, n. 6.

Cæſar preces cõcedendo an beneficii naturam poſſit mutare, pag. 44. n. 9

Clauſula decreti irritãtis an habeat locum ſi preciſta nolit acceptare, et ordinarius cõferat alteri, pag. 182. n. 15.

Coadiutoriæ cum futurâ ſucceſſione an comprehendantur ſub diſpoſitione precum, pag. 77. n. 83.

Coadiutoriæ expeditæ de cõſenſu coadiuti an ſint fauorabiles et an cadãt ſub indulto facultatis artiũ Louanienſium, pag. 77. n. 87. & pag. 78. n. 88.

Coadiutores cum futura ſucceſſione à quo deputentur, pag. 77. n. 86.

Collatores an ſint vocandi quando preces conceduntur, pag. 68. n. 43.

Collatores in vno tantùm beneficio grauantur, pag. 67. n. 42.

Collator vt grauari precibus poſſit quatuor beneficiorum collationem habere debet, & quid ſi vnum ab inſinuatione precum fuerit vnitum, & quid ſi vnum ex iſtis ſpectet ad collationem etiam coniunctim, pag. 68. num. 45. 46. 47. & 48.

Collator ſi vnius tantum beneficii in Imperio collationem habeat & pluriũ extra imperium an precibus grauari poſsit, pag. 68. n. 48.

Collator quid ſi conferre nolit et aſſignare quid iuris, pag. 130. n. 57.

Cumulari an poſsit titulus precum cum titulo ordinarii, pag. 135. n. 68.

Decanus & capitulum an poſſit poſſeſsionem preciſtæ impedire ſi non et de iniuſtitia & defectu ipſius tituli, pag. 130. n. 59.

Executores an poſt obitũ Papæ vel Cæſaris poſsint gratiã precum exequi pag. 99. n. 5.

Executor precum an conferre poſſit beneficium ex cauſa reſignationis ad manus ſuas renuntiatũ, pag. 136. n. 71.

Executor an poſsit procedere contra exemptos, pag. 136. n. 74.

Facta collatione alteri quàm preciſtæ, an poſtea collator reſiliendo à prima collatione poſsit conſerre preciſtæ, pag. 122. n. 36.

Illegitimi an ſint capaces precum, pag. 127. n. 50.

Imperator ante confirmationem à Papa an poſſit primarias preces conferre, pag. 47. n. 12.

Imperatoris preces an aliquando euanſcant, pag. 47. n. 13.

Menſis datus ad acceptandum an currat contra minorē vel impeditum, pag. 122. n. 38.

Mutus an capax precū, p. 66. n. 41.

Nominatio Cæſaris an poſsit eſſe cōditionalis, pag. 45. n. 10.

Pontifex an poſsit derogare concordatis nationis Germanicæ, pag. 171.

Preces an quandoq; capiant beneficia vacantia ob crimen, pag. 47. n. 14.

Preces an ſint iuris fauorabilis, an odioſi, pag. 49. n. 17.

Preces ſemel conceſſas an Cæſar poſsit reuocare, pag. 51. n. 17.

Preces an afficiant beneficia in Germania quorum collator non eſt incola Germaniæ, pag. 51. n. 19.

Preces an afficiant beneficia nedum ad collationem Capituli ſed etiam ſingulorum de Capitulo, pag. 65. n. 40.

Preces an morte Cæſaris expirent, p. 100. n. 6.

Preces primariæ an habeant locum in menſibus ordinariorū, p. 108. n. 23.

Preces an habeant locū in quacumque vacatione ſeu in beneficijs quouis modo vacantibus, p. 115. n. 23.

Preces an capiant beneficia litigioſa, pag. 129. n. 57

Preciſtæ duo concurrentes de eadem temporis data vter potior, p. 40 n. 5.

Preciſta ſi ſit nominatus ad aliquod beneficium ſimplex an poßit illud acceptare ſi ſit erectum in curatum, pag. 45. n. 11.

Preciſta vtrum noua opus habeat collatione ſeu inſtitutione, p. 45. n. 12.

Preciſta committens crimen priuatione dignum ex quo factus ſit irregularis an poſtea alias preces à Cæſare impetrare poſsit, p. 48. n. 15.

Preciſtæ contrahenti matrimonium vel ſponſalia de præsēti an poſsit Cæſar alterum ei ſurrogare, p. 48. n. 16.

Preciſtæ acceptatio ſi fuerit inualida an variare poſsit, p. 67. n. 43.

Preciſta intra quod tempus acceptare debeat, p. 119. n. 28.

Preciſta vtrum poſsit acceptare poſt menſem ſi res ſit adhuc integra, pag. 117. num. 30.

Preciſta poſt acceptationem an variare poſsit, p. 119 n. 32.

Preciſta ſi renuntiet an ordinarius nouis precibus grauari poßit, p. 183. n. 16

Præſcriptio an cadat contra Cæſarē non vtentem ſuis nominationibus, p. 38. n. 2.

Quæ beneficia ſint precibus obnoxia p. 52. n. 20.

Quindennia quomodò fuerint introducta & quare, p. 187. n. 32.

Secundo nominatus qui habet litteras expeditas an præfertur primo litteras non habenti, p. 39. n. 4.

Surdus an capax precum, p. 66. n. 4.

IOANNIS

IOANNIS A CHOKIER DE SURLET,

Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis Canonici & Vicarij Generalis, Abbatis Secularis Viſetenſis.

IN

INDVLTVM PRIMARIARVM PRECVM Scholia.

PROOEMII SVMMARIVM.

1. *Auctor tentat materiam à nemine huc vſque tractatam.*
2. *Imperator non confert, ſed nominat.*
3. *Imperator habet Preces in Eccleſijs ſub Imperio exiſtentibus.*
4. *Papa poteſt dare facultatem Laicis conferendi beneficia.*
5. *Reges Neapolitani, Angliæ an habeant ius conferendi beneficia, vt & Duces, Iuliæ, & Cliuiæ, Comiteſq; Flandriæ.*
6. *Rex item Catholicus non admittit Apoſtolica diplomata abſque Placeto.*
7. *Gratiæ exſpectatiuæ particulares ſublatæ*
8. *Rex Romanorum in ſuis ditionibus quoſdam Epiſcopatus, & Archieſcopatus confert, à S. Sede confirmandos.*
9. *Ferdinandus primus confert Archiepiſcopatum Patri Claudio Iaio Ieſuitæ recuſanti.*

10. *Preces quo tempore cæperint.*
11. *Antiqua Precum formula*
12. *Formula conceſſionis Precum tempore Ferdinandi ſecundi*
13. *Preces Primariæ locum habent in omnibus Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, & territorijs comprehenſis ſub Concordatis Nationis Germanicæ.*
14. *Eccleſia, Ciuitas, Caſtrum retinet ſua iura ſi in alium locum transferatur.*
15. *Iuriſdictionis conceſſio inteligitur cumulatiuè non priuatiuè.*
16. *Superioritas Principis ſemper ſalua manet; quæcumque poteſtas concedatur.*
17. *Sacra Congregatio Concilij Tridentini declarauit Preces primarias non comprehendi ſub cap. 19. ſeſſ. 24. de exſpectat.*
18. *Adrianus VI. conceſsit Carolo V. Priuilegium præſentandi in Hiſpanijs Abbates, & alios Prælatos Eccleſiarum.*
19. *Philippus Archidux Auſtriæ inhibet ne aliquæ Gratiæ Apoſtolicæ in ſuis ditionibus executioni mandentur abſque Placeto.*
20. *Conſuetudine induci poteſt, vt mors Prælati mox Principi ſignificetur.*
21. *De origine Precum Primariarum.*
22. *Quæ dicatur pacifica poſſeſſio.*
23. *Executores Primariarum Precum rogant, & monent.*
24. *Preces emanatæ ab eo qui imperare neceſsitant.*

PRIMARIARVM precum, ſiue Nominationum materiam potentiſsimo, atque Inuictiſſimo Cæſari *Ferdinando* II. per S. D. N. *Paulum* Papam V. conceſſarum, ſi non frequentem, at à nemine hucvſque tractatam, nemo eſt in Eccleſiaſtico Dicaſterio paullò exercitatus, aut in negotijs Principum Germaniæ verſatus, qui ſit neſcius. Hinc cupido mihi inceſſit, breui illam ſcripto examinare, ac diſcutere; quod poſtea, Deo iuuante, perfectius, limatiuſque reddam, vbi ex integrò in lucem prodibit, vt ſolent limatiora, auctioraque recudi, quæ retractantur, & identidem incudi redduntur.

Intereà, quæ vno penè calamo, bono, vt opinor, publico ſcripta à me ſunt, ceu abortiuum fœtum benignis lectoris oculis aſpiciet; ſin

ſine

ſint qui faſtidiant, non abnuo quin conijciant quò ſolent cerui cornua. Imprimis itaque rem ipſam vt aggrediar (nolo enim multa præfari) Notandum eſt Inclytum Rom. Imperatorem ex indulto Pontificio non conferre beneficia Germaniæ, *vt latè oſtendit Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imperatore quæſt.* 110. *Io. And. in addit. ad Specul. tit. de præbend. §. reſtat. num.* 7. *Boërius deciſ.* 32. *nu.* 8. *Ant. Corſet. tract. regia poteſt. quæſt.* 2. *num.* 9. *Mandoſ. ad Reg.* 11. *Cancell. quæſt.* 13. *num.* 8. *Azorius lib.* 10. *Inſtitu. moral. cap.* 7. *verſ. Quinto quæritur.* a.
Sed habere dumtaxat ius nominandi perſonas idoneas collatoribus ad beneficia vacatura, quas ipſe facit per ſuos Executores recipi, ex conceſſione Precum Primariarum ipſi facta per S. Pontificem: vacatura inquã beneficia, quæ omni caſu, vt nunc ſubſunt Imperio. Vnde huiuſmodi preces primariæ locũ non habent in Italia, nec in Ducatu Mediolanenſi. *Rota in vna Nouarien. Canonicatus, & præbenda S. Gaudentij coram R. P. D. Aragonia* 1555. *Octob.* 25. quæ deciſio reperitur inter deciſiones Creſcentij *deciſ.* 3. *de præbend.* licet locũ habere debeant in ciuitate ᵃ Cameracenſi & Metenſi, alijſque quæ olim fuerunt de Imperio, nuncque ſunt tranſlatæ in alterius Dominium. Quia tranſlationis poteſtas tanta non eſt, vt rei, ſeu tranſlati loci priuilegia ᵇ adimat, ſed rem & locum in eadem conditione relinquit. *l.* 2. §. 1. *de Priuileg. cred. l. tempus in fin. de re Iud. Felij, cap. quia iudicante. ſub fin. de Præſcriptio, Wameſ. conſ.* 63 *num.* 2. *de Iudic.* ſicut & tranſlatio bonorum intelligitur fieri cum ſuis oneribus, *l.* 1. *§. pro ſecundo, C. de caduc. toll. Wameſ. d. loco*, & *conſ.* 64. *num.* 3. vbi etiam latè reſpondit Eccleſiam Tenenſem, & alias quæ pridem fuerunt Diocœſis Leodienſ. retinere Canonicas exemptiones, quas cùm Diocœſano Leodienſi ſubijcerentur, habebant, licet nunc tranſlatæ ſint in aliam ᶜ Diocœſim. Facit quòd ſcribit Lud. de Roſate *in l. de ff. de Iuriſd. omnium Iud.* quòd Rex transferens ſuum territorium, nunquam videtur ceſſiſſe ius ᵈ Regium &c. Neque tamen hæc Primariarum Precum conceſſio ſacris canonibus aduerſatur, quibus expectatiuæ ad beneficia vacatura, aliæque prouiſiones, per quas votum captandæ alienæ mortis inducitur, in Eccleſia damnantur, *cap.* 2. *de conceſſ. præbend. gloſſ. ibidem in verbo, antequam vacent, cap. conſtitutus, eod. tit. cap. deteſtanda, eod. tit. in* 6. quoniam hæc primariarum Precum conceſſio, generalis eſt, & incerta, vt rectè animaduertit And. Gail. *lib.* 2. *obſer. Cam. obſer.* 155. *nu.* 7. Multo minus aduer-

 ſatur

ſatur S. Concilij Trident. decreto *in ſeſſione 24. capi* 19. quod tollit quaſcunque conceſsiones ad vacatura, vt reſoluit S. Congregatio Ill. Cardinalium Concilij Trident. interpretum, ad dubium ipſis communicatum, quod eſt tale: *Ill^{mi}. & R^{mi} D^{ni} Philippus de Monte impetrauit à ſacra Cæſarea Maieſtate Preces Primarias ad R^{mum} Archiepiſcopum Cameracenſem, quæ dantur pro beneficijs vacaturis, cùm talis ſit vis earum Precum.*

Quibus legitimè intimatis R^{mo} Archiepiſcopo vacauit in Eccleſia B. Mariæ Virginis Cameracen. theſauraria, de qua licet, vigore dictarum Precum prouidendus fuiſſet prædictus Philippus, qui infra tempus debitum eam acceptauit, nihilominus Archiepiſcopus Cameracen. contulit cuidam Gisberto Leonino, ſub prætextu, quod decretum Concilij cap. 19. ſeſſ. 24. *tollit quaſcunque conceſsiones ad vacatura, & quia in dicto cap. nulla habetur mentio de Imperatoribus, ſupplicauit declarari Sacram Congregationem Concilij an d. cap. 19. afficiat huiuſmodi conceſsiones, & indulta ad vacatura, ſic anteà conceſſa per Romanos Pontifices Sacræ Cæſareæ Maieſtati, & demum per Pium IV. confirmatæ? Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. Interpretum cenſuit has Primarias Preces non comprehendi dicto cap. 19 quia non nominatur Imperator, qui eſt ſpeciali nota dignus, nominantur Cardinales ſimpliciter, qui ſunt & ipſi ſpeciali nota digni. Vnde ſi Concilium voluiſſet comprehendere Imperatorem, expreſsiſſet, vel ſaltem poſt Cardinales dixiſſet & quibuſcumque alijs, quo caſu, dictio, alijs, intelligeretur de ijs, qui & ipſi ſpeciali nota digni fuiſſent. Prætereà exprimitur de exſpectatiuis conceſsis Vniuerſitatibus, & alijs ſingularibus perſonis, ergo Concilium expreſſiſſet etiam Imperatorem, ſi voluiſſet; Referendum tamen S^{mo} qui probauit ſententiam Sacræ Congregationis, & iuſsit fieri declaratoriam per litteras eiuſdem Sacræ Congregationis, & vltra rationes ponderatas à Congregatione addidit Sanctitas ſua quod meminit tempore Concilij, quando formabatur dictum cap. 19. aliquos voluiſſe addere Pimarias Preces Imperatori conceſſas, ſed communior ſententia Patrum fuit, quòd tolleretur earum mentio, ſicq; non comprehenduntur dicto cap. 19.*

Ex quibus videt lector Primarias Preces non aduerſari Concilio Trid. nec etiam ſacris Canonibus; vt dixi quod & firmatur euidenti hac ratione; quod Papa pro ſua poteſtate poteſt dare facultatem Laico etiam conferendi beneficia. *Decius, & D.D. in cap. 2. de Iudicijs*, quæ
4. enim ſunt Iuriſdictionis, vt eſt collatio beneficiorum, cuicunque mandare poteſt, non etiam ea quæ ſunt ordinis; *Riſſgurua d. qu. 100. num. 179.*

num. 17. & 8. ſic videmus Pontificum beneficio Reges Neapolitanos nominandi Epiſcopos facultatem habuiſſe in 40. primarijs Eccleſijs, quas Cathedrales appellamus, *Lambertinus tract. de iure patron. quæſt.* 11. *lib.* 1. Eadem Romani Antiſtitis indulgentia Regi Angliæ & Vngariæ ius, & poteſtatem fuiſſe conferendi canonicatus, & præbendas, Baldus author eſt *in l.* 7. *C. de Precibus Imper. offerren.* Eodem iure Reges Galliæ vſos fuiſſe, & etiam nunc quadantenus vti, cùm veteres tùm recentiores authores memoriæ prodiderunt *Anaſt. Germ. lib.* 3. *de ſacrorum immunitatibus num.* 30. & *ſeq. Guimer. ad Pragm. ſanctio.* Simili facultate Carolum Francorum Regem ex conceſſione Adriani Papæ vſum eſſe colligimus, *ex cap. Hadrianus* 2. *cum ſeqq. diſt.* 63. & nominatim in Eccleſia Carnotenſi dicti Reges contulerunt beneficia, *Specul. tit. ne ſede vacante in fi.* Eandem facultatem conceſſit Leo Papa Othoni, *gloſ. in ſumma* 16. *quæſt.* 7. Simili Duces Iuliæ & Cliuiæ, vt & Comites Flandriæ diuerſas habent Collegiatas Eccleſias, in quibus ad ipſos Principes ſolos Canonicatuum, & Præbendarum collatio pertinet, teſte Crantzio *in Eccleſiaſtica Saxonum hiſtoria*, eo vt opinor fundamento, quòd ſint Iuriſpatronatus Laici, ſeu ex proprijs Principum bonis eiuſmodi Collegia fundata & dotata ſint. Quæ quidem collegia etſi in Rotulis ſeu Regiſtris Precum Imperialium in Cancellaria Cæſarea comperiantur, & Preces in Aula expediantur, illæ tamen per dictos Principes reijciuntur. Denique Rex Catholicus non nulla eiuſmodi Collegia tum [f] in Hiſpania, tum in Belgio habere, quorum ſacerdotia f
propriò iure abſolutè conferre, in comperto eſt, nec vllis hominum priuatorum diplomatibus Pontificijs beneficialibus datur hic locus, niſi prius [g] placitum Principis acceſſerit, idque ex pactis inter 6. g
Pontifices & Reges olim conuentis, ad reprimendos, & quatenus fieri potuerit extirpandos gratiarum expectatiuarum abuſus, quos cùm iam ſatis incepiſſe Pontifices deprehendiſſent, è re ſui nomi- 7.
nis, & Chriſtianæ pietatis eſſe putârunt illas tollere, & à S. Sede eliminare, *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *Concilij Trident.* Principibuſque quorum facultatibus excitata, fundata, dotata erunt Collegia, eorum beneficiorum liberam relinquere collationem. Nec ſanè mirum ſi Principibus & Eccleſiarum defenſoribus eiuſmodi priuilegia fuerint indulta, cùm & hominibus interdum priuatis, iiſdemque laicis Eccleſiarum patronis abſolutum concedatur beneficiorum conferendo-

rum ius, qualia eſſe apud Atrebates exempla memoriæ prodidit Boëtius Epo, *tract. de Regalibus, num.* 262: *& ſequentib.* Ne multis. Rex
8. ipſe Romanorum ſuis in ditionibus ex indulgentia proculdubio S. Pontificis nonnullorum Epiſcopatuum, & Archiepiſcopatuū gubernacula mandat quibus vult, eoſque Pontifici nominat confirmandos, inſtituendos, atque conſecrandos. Cui rei illuſtre inprimis videmus exemplum in vita B. Patris Ignatij *lib.* 2. *cap.* 18. qui Societatem Nominis Ieſu Reip. Chriſtianæ bono, ſempiterna cum ſua gloria
9. fundauit, vbi Princeps optimus Ferdinandus I. Romanorum Rex Archiepiſcopatum Tergeſtiuum in Iſtria tunc vacantem, vltrò detulit pijſſimo ſanctiſsimoque viro Claudio Iaio, vni ex decem primis eiuſdem Societatis Patribus, at reluctanti, reſpuentique, nec vllis ad hoc machinis induci ſeſe patienti, quantumlibet apud ipſum S. Pontificem res animis maximis ageretur, donec tandem Ferdinandus efficaciſſimis Ignatij orationibus, per litteras perſuaſus, ac victus, à poſtulato deſiſteret: quam equidem hiſtoriam acceptam refero eidem Boëtio Anteceſſori Duaceno, viro multiformi doctrinâ erudito. Hactenus de diuerſis diuerſorum principium priuilegijs, & indultis,
h redeo ad [h] Preces Cæſareas: quarum vſum altiori receptum ſæ-
10. culo non comperi quàm 1200. ſiquidem Speculator qui illarum mentionem facit, vixit ſub annum Chriſti 1271. & Nauclerus in ſua Cronographia prodidit Rudolphum I. Imperatorem, qui menſe Octobri 1273. in Regem Romanorum electus eſt, vſum fuiſſe Primarijs
11. Precibus, quarum etiam formulam hanc fuiſſe ſcribit: *Rudolphus Dei Gratia Rex, & ſemper Auguſtus, honorabili in Chriſto deuoto Abbati &c. gratiam ſuam, & omne bonum. Cùm ex antiqua & approbata, ac à Diuis Imperatoribus & Regibus inclytæ recordationis noſtris anteceſſoribus vſque ad nos producta conſuetudine, quælibet Eccleſia in noſtro Rom. Imperio conſtituta, ad quem beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper vnius collatione beneficij precum noſtrarum primarias admittere teneatur, deuotionem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Eccleſiaſtico beneficio quod ad tuam collationem ſpectat ob reuerentiam ſacri Imperij, & noſtram ſi quod vacat in præſens, vel quamprimùm vacauerit, ſtudeas liberaliter prouidere, taliter faciens, quod deuotionem tuam noſtra Serenitas debeat meritò commendare, & ad tua iuſta deſideria facilis inueniri. Datū Regni noſtri anno primo.* Ex qua conceſſionis precum formula patet, antiquiores illas fuiſſe æuo Rudolphi, cùm in ea dicatur, *cùm ex antiqua, & appro-*

& approbata conſuetudine &c. Porrò, forma conceſsionis Precũ Primariarum hodie talis eſt: FERDINANDVS *Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luxenburgiæ, Wurtenbergiæ, ſuperioris, & inferioris Sileſiæ &c. Princeps Suauiæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Burgundiæ, & Morauiæ ſuperioris & inferioris, Luſatiæ, Comes Hasburgæ, Tirolis, Ferretis Niburgi, & Goriciæ, &c. Landgrauius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Sclauonicæ, Portus Naônis & Salinarum &c. Honorabili, & Religioſis, deuotis, nobis dilectis N. Abbati & conuentui Monaſterij Sancti N. coniunctim vel diuiſim gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum: Etſi nos ad Romani Imperij faſtigium euectos, tituliſq́ Auguſti, & Regio Diademate decoratos ſummá ſemper ope niti decet omnia ſacri Romani Imperij intemerata iura, & conſuetudines laudabiles conſeruare, par eſt tamen vt hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ, & morum probitate alijſq́ virtutibus inſignitos, meritis beneficijs & dignis honoribus afficiendos arbitramur. Siquidem Imperatorum Regumq́ ſublimitas, & magnitudo nullo expreſſius officio Dei Opt. Max. ſimilitudinem referre poteſt quàm ſi pluribus benefecerit. Quare cùm nobis ad prædeceſſorum imitationem ex inueterata conſuetudine, etiam Apoſtolicâ authoritate per Sanct. in Chriſto Patrem Gregorium XIII. Sanctæ Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem Maximum roborata, ius competat, Preces Primarias ad omnes, & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores, Collatrices, Capitula, Conuentus, & Collegia, ac perſonas alias de illis quocumque modo diſponendi ius habentes, per vniuerſum Romanum Imperium conſtitutas, porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi pro perſonis idoneis, & nobis gratis, ad conſequendum beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, tam ſecularia quàm regularia etiamſi Canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint in Collegiata, Cathedrali, vel Metropolitana Eccleſia, etiamſi ad ea conſueuerint qui per electionem aſſumi ad Collatorum, Collatricum, Capitulorum, Collegiorum, ſiue conuentuum ad perſonarum prædictarum collationem prouiſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet etiam ordinationem coniunctim vel diuiſim ſpectantia (Canonicatu nihilominus & præbenda tam dignita-*

te, perſ-

te perſonatu, adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſiuè vacantibus pro vno computatis beneficio) & huiuſmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum Primarijs Precibus reuerenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani Imperij iura, & conſuetudines (vt tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigijs inſiſtere volentes, Primarias Preces noſtras pro Deuoto nobis dilecto N. ad vos porreximus dedimus, conceſſimus, & decreuimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus, ac decernimus. Ita tamen quod nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ, nullum vnquam per hoc in iuribus, priuilegijs & exemptionibus, & collationibus noſtris generetur præiudicium vos adhortantes & pro conſeruatione iurium ac conſuetudinum Romani Imperij expreſsè requirentes, vt beneficium Eccleſiaſticum tam regulare quàm ſeculare, cum cura vel ſine cura, etiamſi Canonicatus vel præbenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueuerint, qui per electionem aſſumi in Metropolitana, Cathedralis, vel Collegiata Eccleſia, quoad præſens ſiue proximè quomodolibet ſimul vel ſucceſſiuè in quocumque menſe vacare contigerit, ad collationem, prouiſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem, ſiue quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, Canonicatu (vt præfertur) & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio, etiamſi ex perſona plurium ſucceſſiuè vacauerint pro vno computatis beneficio, quod præfatus N. per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem à die notæ vacationis duxerit acceptandum, eundem N. prout ad vos ſpectat ad illud eligatis, nominetis præſentetis ac ei illud conferatis, & aſsignetis, atque etiam de eo, prouideatis ponendo eum [i] in pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in choro, & locum in Capitulo ei aſsignando cum plenitudine iuris Canonici, & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante. Quo verò hæ Preces noſtræ Primariæ certiorem conſequantur effectum, nominamus, & deputamus authoritate Apoſtolicâ nobis in hac parte conceſſa præſentiũ tenore Venerabiles N. Archiepiſcopum Moguntinum, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarium, Pincipem, Electorem, & Nepotem noſtrum chariſſimum N. Epiſcopum Spirenſem, & Præpoſitum in Weiſenbourg. Principem Deuotum nobis dilectum, & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris litteris requiſitus fuerit, harum Primariarum [k] Precum noſtrarum executores, eiſdem per præſentes expreſ-

expreſſè committentes, & mandantes, vt ſi fortè in contemptum & præiudicium iurium, & conſuetudinum Romani Imperij ad parendum huiuſmodi Primarijs noſtris Precibus contumaces & rebelles fueritis, tanquam executores à nobis deputati ſub pœna grauis indignationis noſtræ quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras Eccleſiaſticas compellat, aliaq; faciat & exequatur iuxta traditam ſibi in litteris Apoſtolicis poteſtatem. Contumacia verò veſtra, aut contemptu, (quod abſit) per menſem continuum à die requiſitionis numerandum, vos omnibus & ſingulis priuilegijs, gratijs, libertatibus à Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac à nobis, & alijs prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſis, noueritis eo ipſo priuatos, & noſtra tuitione exutos, quæ & quas ex nunc prout à die contumaciæ veſtræ tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & irrita eſſe volumus, & vos totaliter contumaces, & rebelles à beneficijs Maieſtatis noſtræ reddimus alienos, prout etiam ex nunc, prout ex tunc priuamus, & à protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio litterarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri appenſione munitarum.

ADDITIONES.

CAMERACENSI, Preces Primariæ ſibi locum vendicant in omnibus 13 a
Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, & Territorijs comprehenſis ſub Concordatis Nationis Germanicæ, cum Sancta Sede Apoſtolica pro ipſius Eccleſiæ vnione, ac pace &c. initis, ſub quibus Concordatis numerantur, & continentur Cameracenſes, vt dicit Georgius Branden. ad Concordata Nationis Germanicæ cum Sancta Sede Apoſtolica; ſimili modo per Carolum Romanorum Imperatorem cautum eſt, vt & Cameracenſes ſeruent ſupraſcripta Concordata ſub indignationis pœnâ & mulctâ, quæ ex litteris latius patent Datis Bruxellæ Anno 1554. 9. Februarij.

Adimat. Ratio eſt vt tradit Eraſmus à Chokier frater meus *in ſuo tract. de Iu-* 14 b
riſdict. ordinaria in exemptos tom. primo part. 3. *quæſt.* 21. *num.* 2. quia Eccleſia, Ciuitas, Caſtrum, Collegium, aliavè loca retinent ſua iura, priuilegia, & exemptiones ſi Superioris auctoritate in alium locum transferantur iuribus, & auctoritatibus per ipſum allegatis

Diœceſim, vt Idem Eraſm. à Chokier ſcribit *dicta quæſt.* 21. *num.* 1. 15 c
Regium, Affine eſt, quod Iuriſdictio nunquam cenſeatur priuatiuè data, ſic d
videmus, quod, dum Concilium Trident. concedit Epiſcopis facultatem viſitandi

tandi

tandì Capitulá, & eorum perſonas, nonobſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, iuramentis, & Concordijs, iſta viſitatio non eſt intelligenda priuatiuè, vt ſæpe cenſuit Sacra Congregatio Concilij Tridentini, cuius Congregationis declaratio ita ſe habet, hæc facultas non eſt priuatiuè ad illos qui ius habent viſitandi, & corrigendi, vt ſunt Abbates, Decani, & ſimiles, quia iſtis licet viſitare, & corrigere ſeorſum ab Epiſcopis, & iterum quærit, an iſta Viſitatio de *qua in cap 4. ſeſſ 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. de reſeruatione*, eatenus competat Epiſcopis ex his Decretis vt non liceat Decano, & Capitulo Regulares perſonas ipſi Capitulo ſubiectas cumulatiuè cum Epiſcopo, ſeorſum tamen ab eodem non excludendo ipſum Epiſcopum toties quoties ſua auctoritate vti voluerit, viſitare, corrigere, & emendare iuxta conſuetudinem pridem obſeruatam, Congregatio Concilij Tridentini cenſuit imò totaliter licere, Decano, & Capitulo viſitare Subditos ſuos *Gonzal. ad Regu'. VIII. Cance'l de Menſibus alternatiuis in proœmio §. 2. n. 20. & 21.* ſemperque ſuperioritas Principis, ſalua manet quæcumque poteſtas concedatur prout dum ipſe Imperator ius defenſionis quod ipſe vigore Maieſtatis exercet, alicui communicant id non per quamdam poteſtatis ſuæ abdicationem, ſed per communicationem, conceſſionem, ſeu modum beneficij alteri largitus eſſe cenſetur, quia communicatio ſic ſemper exaudienda eſt, vt in ipſo communicante primaria ſemper remaneat poteſtas, licet adiectum ſit cum tranſlatione omnis Imperij poteſtatis & cum omni iure.

16. Enimverò credendum non eſt Principem ita fontes ſuos deriuaſſe foras, vt nihil pœnes ſe remaneret, *Martinus Mayer à Schonsberg in ſuo Tract. de Aduocatia armata cap. 9. nu. 816. & ſeqq.* Præterea, Imperator non poteſt præiudicare Imperio cùm ſit nudus Adminiſtrator, non Dominus Imperij, vnde DD. Concludunt vnanimiter Imperatorem non poſſe facere alienationem in præiudicium Imperij ſui, cum dicatur Auguſtus ab augendo, & iuret in manus Electorum Imperij iura ſeruare, augere, & non minuere, & quamuis omnia poſſit ex plenitudine poteſtatis, & certâ ſcientiâ, illud intelligi debet cum grano ſalis, ſalua tamen Maieſtate Imperij ſui, *Adrianus Gylmannus tom. 2. Symphoremat. ſupplicat. & votorum Camer. Imperialis part. 1. Voto VIII. num. 31. & ſeqq.* & dummodò non multum lædat Imperij, & Regni dignitatem *Card. Mant. de tacitis & ambiguis, Conuent. tom. 2. tit. 17. num. 17. & 18.* An autem Imperatores & Reges donando Eccleſiæ abdicent à ſe omnem ſuperioritatem, & illam in Eccleſiam transferant. Vide *tract. meum intitul. Vindicia libertat. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 20.*

17. *Non aduerſari*, quibus legitimè ſua Sanctitas ex ſententia Congregationis, cenſuit Primarias Preces Cæſareæ Maieſtatis non comprehendi hoc decreto Anni Domini 1575. in Januario & ſic deciſum in vna Cameracenſi, vide Concil. Trident. de reformat. *Seſſ. 24. cap 19.* cum Declarationibus Cardinalium in impreſſione Antuerpienſi Anno 1633.

Et licet Exſpectatiuæ non ſoleant concedi ſuper certo corpore beneficij propter

propter votum captandæ mortis, poſſunt tamen vigore Priuilegiorum maximè ſtante confirmatione Apoſtolica, *Seraph. deciſ.* 761. *num.* 5.

In Hiſpania habere Adrianus Papa VI. indulſit glorioſæ memor. Carolo V. & 18.f
eius ſucceſſoribus ius præſentandi in Hiſpanijs Abbates, & alios Præfectos Ecclesiarum Collegiatarum & Regularium per Breue, cuius copiam ſe vidiſſe Nauarrus declarat. *in ſuo tract. Regularium Commentario* 3. *de quibuſdam Inſtitutionibus, & poteſtatibus Prælatorum in ca. nullam, Cauſſa* 18. *quæſt.* 2. *nu.* 2. Similiter poſſunt & alij Seculares ex Priuilegio Apoſtolico habere poteſtatem conferendi Canonicatus & dignitates &c. vel ex ſpeciali reſeruatione in fundatione facta. *Nicol. Boërius deciſ.* 32. *num.* 4. 6. 7. *&* 10.

Placitum Principis. Per Philippum Archiducem Auſtriæ repetitis vicibus an- 19.g
nis Domini 1485. 1492. & 1497. conſtitutum & ordinatum fuit, ne quis cuiuſcumque ille ſtatus, aut conditionis foret exequeretur, vel executioni mandari pateretur aliquas litteras exſpectatiuas, reſeruationes, proceſſus, ſententias executoriales, nec alias Bullas, vel Prouiſiones Apoſtolicas ſuper beneficijs in ſuis Ditionibus conſtitutis ſub pœnâ amiſſionis, vtilitatis, & effectus earundem, necnon banni extra eaſdem ſuas Ditiones, punitionis, & correctionis ad exemplum aliorum, additâ hac declaratione quod contrauenieus foret inhabilis ad vnquam tenendum, percipiendum, aut poſſidendum fructus aliquorum beneficiorum in ijſdem Ditionibus, idque donec dictæ Prouiſiones & Bullæ eſſent in ſuo magno conſilio viſæ, & pro facienda illarum executione litteræ patentes, conſenſus in formà debita &c. *Wameſ. conſ.* 1. *de Conſtit.*

Neque eſt reijcienda conſuetudo per quam inducitur, vt Prælati mors mox 20.
Principi ſignificetur, cum plurimum Principis ſecularis intereſſe poſſit, ne ei ſuſpecti Prælati in ſuo Regno conſtituantur. *Antonius Cacchus Inſtit. maiorum de elect. num.* 108. *Innocent & Abb. in cap. quod ſicut & in cap. cum te ra Biax. cap.* 6. *part.* 1. *num.* 2. *in ſuo Directorio de Elect.* qui ſedium ſuarum poſſeſſionem ante obtentum beneplacitum accipere non valent. *Anib. Cacchus dicto tit. de elect.* ne ſecreta Regni reuelentur in cap. quod ſicut, quem ſequitur Panorm. d. loco. *Biax d. loco per Innoc. ex quo beneplacitum nihil in* ſe habebat ſpiritualitatis prout nec præſentatio Patroni licet ſit quid annexum ſpirituali. *Innoc. dict. Cap. quod ſicut num.* 1. *Melchior. Kling. in cap decernimus* 2. *de Iud.*

Preces Cæſareas Burſatus conſ. 126. *num.* 39. qui tractat incidenter materiam 21.h
Precum Primariarum dicit vt ſequitur. Scimus enim Imperatorem ab Apoſtolica ſede tenêre Priuilegium (vulgò Preces Primarias) quod in qualibet Germaniæ Eccleſia vnus Beneficiatus eius intuitu recipiatur: & Specul. ſe vidiſſe Bullatum affirmat *in tit. de Præbend. fin. part.* 3. Imperatoriſque Rodolphi primi Cæſaris Germani Vigeſimi ſeptimi qui electus anno Chriſti 1273. fuitque à Gregorio X. Pontifice confirmatus ſimulque lauſannæ conuenerunt, vt veteres verſ teſtantur.

Bis ſexcenti ſeptuaginta treſq; ſtetere
Anni, Lauſanna dum Rex & Papa fuere.

Litteras Primarias Precum cuidam Abbati Germaniæ legiſſe, & vidiſſe teſtatur Thom. Feldrenſ. *in tit. de Reſeruat. benefic. verſ. comprobantur*, vt tradit Arnulph. Ruzeus *Tract. iuris Regaliorum priuileg 47. num. 2.* qui Gregorius X. Regebat Eccleſiam Anno 1271. fueratque ante Archidiaconus in Eccleſia Leodienſi.

22. i *In pacifica & quieta poſſeſsione*, in pacifica poſſeſſione videtur eſſe, qui ſaltem per duos Menſes beneficium poſſedit *farin. part. 2. deciſ. 657. num. 2.* adeo quod effluxis illis duobus Menſibus Iudex executor cenſeatur functus officio Garcias de beneficijs *part 6. cap. 2. §. 1. num. 154.* quod ſi aliquamdiu inductus in poſſeſſionem pacificè poſſedit, expirat Executoris poteſtas, ſicut Iudex qui protulit ſententiam *Cap. in litteris de officio delegati.* Ita quod pacificus poſſeſſor dicatur, qui habet poſſeſſionem ſine controuerſia iuris, vel facti iudicialis. Guido Papæ *quæſt. 85. num. 8.*

23. k *Precum noſtrarum Executores*, Executor rogat, & monet ac procedit per Cenſuras, Preces emanatæ ab eo qui imperare poteſt, neceſſitant, parumque refert vtrum litteræ ſint monitoriæ, vel præceptoriæ *Farin. part. 1. deciſ. 536. num. 2.*

24. Nullamque differentiam inter Principum Preces, & mandata facit Menoch. de arbit. Iudicum caſu 354. *num. 13.* quoniam Rogatoria, aut hortatoria verba adiecta diſpoſitioni inducenti, obtemperandi neceſſitatem præceptoriorum verborum naturam aſſumunt *gloſ. in cap. ad aures litt. l. verb.* Conſilio, hoc eſt conſilium reuerentiæ cui obediendum eſt x de ætate, & qualitate ordinan. & in *cap. 10. litt. n. verb.* hortamur, id eſt, præcipimus x de teſtam. iuxta illud Ouidij.

Eſt orare Ducum ſpecies violenta iubenti,
Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.

Scitum eſt, & illud rogando cogit, qui rogat potentior, & blanditiæ Principum vim continent minarum, reſque magis, quam verba intuenda veniunt, vnde eleganter Cicero, ſcriptum ſequi calumniatoris eſt, boni verò Iudicis voluntatem ſcriptoris, cui conuenit, & illud eiuſdem Ciceronis, quid opus eſt verbis, dum res, cuius cauſa verba quæſita ſunt intelligatur, de quo in *Epiſt. ad Lectorem tract. mei de ſeneſt.*

SEQVI-

SEQVITVR TEXTVS

INDVLTI PRIMARIARVM

PRECVM IN QVINQVE

SECTIONES DIVISVS CVM SVMMARIIS.

SVMMARIVM.

1. *Paulus V. ante Pontificatum vocabatur Camillus,*
2. *Quis primus Summorum Pontificum nomen mutauerit?*
3. *Papa vnde Epiſcopus dictus?*
4. *Papa Epiſcopis ſcribens fratres appellat, cum autem alijs, filios.*
5. *Eligendus in Imperatorem primum Rex Romanorum creatur.*
6. *Electio Imperatoris ante datos Electores à papa qualis?*
7. *Gregorius V. Electores conſtituit.*
8. *Otho magnus Rex Germanus vocatus*
9. *Salutandi conſuetudo antiqua.*
10. *Imperium à Romanis procedit.*
11. *Quæ ſit differentia inter Cæſares, Imperatores, & Auguſtos.*
12. *Imperij Romani mutatio.*
13. *Electorum Imperij inſtitutio.*
14. *Rex Bohemiæ ius ſuffragij dandi an habeat?*
15. *Ante Electores quis ritus eligendi?*
16. *Henricus primus Bauarus, primus fuit Electus in Imperatorem per Principes Electores.*
17. *Rex Romanorum aſſumit nomen Imperatoris per vnctionem, & coronationem.*
18. *Elenchus Cæſarum coronatorum à Carolo magno.*
19. *Electio Imperatoris confirmatur à Papa.*
20. *Dux Sabelli præſtat obedientiam S. Sedi pro Ferdinando ſecundo.*
21. *Electus Rex Romanorum inſinuat Electionem ſuam ſummo Pontifici per ſuos Legatos, qui pro eo præſtant obedientiam.*
22. *Vnctio quid differat à conſecratione?*

23. *Imperator ante coronationem Preces non concedit.*
24. *Primariæ Preces cur ſic dicantur?*
25. *Imperator dicitur Eccleſiæ filius Aduocatus, ac defenſor.*
26. *Imperator coronis coronatur tribus.*
27. *Virtutum merita tribui merentibus conuenit.*
28. *Papa proprium ſuum nomen ponit in Bullis, non cognomen.*
29. *Quis Pontificum primus nomen ſuum mutauerit.*
30. *Bulla abſque inſcriptione Seruus Seruorum redargui de falſo poteſt.*
31. *Qui ſint Electores?*
32. *Auctoritate Summi Pontificis facultas committitur Electoribus circa annum 995.*
33. *Papa ſalutat eum, cui confert.*
34. *Ætas ferrea nunc agitur.*
35. *An Summus Pontifex poſſit ſtatuere, vt Imperium iure hæreditario deferatur?*
36. *Qui fuerint ſucceſſores Ferdinandi Secundi.*
37. *Imperator militari non Eccleſiaſtico charactere inſignitur.*
38. *Imperator ſemel dumtaxat in vna Eccleſia denominat.*
39. *Imperator Aduocatiam à lege habet.*
40. *Archiepiſcopus Colonienſis ſecundam vocem habet in electione, Imperatoriq; primum Regium diadema imponit.*
41. *Imperator recipit auctoritatem adminiſtrandi ab Archiepiſcopo Colonienſi.*

Cauſæ impulſiuæ Indulti S. D. N. V. ſunt bene-merita Cæſaris erga Eccleſiam Romanam Catholicam, cuius eſt Aduocatus, & legitimus Athleta aduerſus fidei, & Chriſtiani nominis hoſtes.

Sectio I.

PAVLUS [a] Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Chariſſimo [c] filio Ferdinando Romanorum [d] Regi Illuſtri in Imperatorem electo, [e] ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CVM *poſt factam de perſona tua per* [f] *S. R. Imperij Principes* [g] *Electores* [h] *in Regem Romanorum electionem, ac per nos pro vniuerſa Reipub. ſalute* [i] *confirmatam, nuper nobis ſignificaueris, te ſummopere deſiderare perſonas tibi*

gratas

gratas & acceptas, vt gratia & munificentia aliqua beneficia Eccleſiaſtica conſequi poſſint: Nos quemadmodũ magnis merentur efferri laudibus, inſignibuſque præconijs commendari & ſublimium Principum deſideria & vota quæ in diuini nominis & perſonarum, illi Clericali vinculo adſtrictarum amore feruntur & opere poſtmodum conſequente tutum deducantur in actum: ita etiam dignum vel potius debitum exiſtimamus, vt quoniam in fidei ſyn eritate & deuotione illibatæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, te fidelem [k] *Aduocatum deuouiſti, eamq; humili profeſſione Matrem & Dominam tuam recognouiſti, & ad ipſius honorem, & S. Rom. Imperij decus, & vnionem victoriæ, & diadema etiam noſtro miniſterio, adueniente tempore, ſuſcipere, & in eis immobilis perſiſtere intendis, verùm etiam tamquam ipſius Eccleſiæ legitimus Pugil & Athleta, te aduerſus Schiſmaticorum & Hæreticorum, Turcarum tyrannum, ac fidei ac Chriſti nominis hoſtes, inſanias, & furores, ſpiritualiter & temporaliter armaris, & in dies arma huiuſmodi iugiter exequeris, ea tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuæ Celſitudini cedant ad honorem, & per quæ eiſdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis, ope auctoritatis Apoſtolicæ exhibitione Gratiarum.*

SCHOLIA IN SECTIONEM I.

PAVLVS) Antequam ad ſummi Apoſtolatûs apicem euectus eſſet [a] Paulus V. Pontifex Maximus Camillus vocabatur, ex Illuſtri Burgheſiorum familia oriundus, cuius ego deductionem accuratam ex antiquiſsimis Scriptorum monumentis prodidi in Epiſtola liminari Diſſertationum mearum in Onoſandri Strategicum ad Illuſtriſsimum & Reuerendiſsimũ Dominum Scipionẽ S. R. E. Card. Burgheſium. [b] Mutato autẽ Camili nomine, Paulus V. dictus eſt; æquũ eſt, enim vt Papa, qui alijs omnibus præeſt, proprio ſuo nomine quo appellabatur, dũ alijs ſuberat, exinde non vocetur, ſed aliud ſibi aſſumat, vt ſicuti eſt Dominus omnium, & Dei Vicarius effectus, *gloſ. in verb. Boniſ. in proœm. lib. 6: vbi DD. Guilielm. Bened. in cap. Raynutius in pr. num.* 43. *& ſeqq.* ita nomen aliud ſibi adſciſcat ad inſtar Principis Apoſtolorum Petri; qui antea Simon dicebatur, *Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imper. quæſt.* 40. Hinc omnes à Gregorio Magno Pontifices, hanc nominis mutationem non ſine ratione eſſe

conſide-

conſiderantes, primo nomine neglecto, aliud aſſumere conſueuerunt, quaſi quod prius in terrena, priuataque vita aſſecuti erant, terrenos affectus redoleat; proinde cùm terrenæ cogitationes & curæ ſint ab ipſis calcandæ, obliuionique mandandæ, aptè quidem cum ſecularibus negotijs, ſecularis quoque appellatio reijciatur, id quod etiam in nonnullis Regularium ordinum familijs, obſeruari notat Anaſt. Germon. *tract. de Indultis Cardin. In ſcript. num.* 19. Verùm, quantò maior & excellſior eſt Papa, tantò humilior omnibus creatu-
2. ris oſtenditur, & propterea ſe SERVVM SERVORVM DEI appellat, *cap. relatum* 37. *in fi. de ſent. excom.* & *in Proœm. Decretali. in gloſ. verbi Seruus.* Ex quo illud proceſſit, vt in die coronationis Papæ, quo conditionis humanæ minor ſit, ante illum ſtupæ in ſummitate arundinis comburantur, & ſtentoreâ voce inclametur: SIC TRANSIT GLORIA MVNDI PATER SANCTE. *Nauar. in repert. cap. inter verba* 11. *quæſt.* 3. *concluſ.* 5 Ita olim triumphantibus Imperatoribus ſuggerebatur à tergo: RESPICE POST TE: HOMINEM MEMENTO TE. *Tertul. in Apolog.* Atque hæc inſcriptio Seruus Seruorum &c. adeò vſque recepta, & neceſſaria eſt in litteris Pontificijs, vt ſi illa deſit, litteræ obreptitiæ, & de falſo ſint ſuſpectæ, vtpote contra ſtyli vſum fabricatæ. *Bald. in l. Sacri affatus C. de diuerſ. reſcript. cap. quam graui de crimine falſi Abbas in cap. ex parte* 2, *num.* 2. *de off. ind. deleg.*

3. EPISCOPVS) Quid cauſſæ cur S. D. N. Epiſcopum ſe nominet, notat Reſtaurus Caſtaldus *tract. de Imperat. quæſt.* 42. vbi ſcribit idcircò Epiſcopum nominari, quòd nullus ordine Epiſcopali maior ſit in Eccleſia, *per not. gloſ. in Proœm. ſexti, in verbo Epiſcopus,* & *Anaſt. Germon. tract. de Indult. Cardin. in* §. *Epiſcopus.*

CHARISSIMO IN CHRISTO FILIO) Multis iam retro ſeculis inoleuit vſus ille, vt S. D. N. Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & Cardinalibus ſcribit, fratres appellet, tanquam in officio Coadiutores;
4. cùm autem alijs, filios. Et quidē optima ratione, vt quemadmodum inquit Rebuffus, *ad formam mandati, verbo dilectis filijs,* & Deus Opt. Max. pater eſt & creator omnium, ita eius in terris Vicarij filij ſumus, cura & honore, quia curam omnium gerit, vt oſtendit Boniſac. *ad Proœm. Clement. col.* 2. *not.* 4. Atque hæc ſcribendi forma niſi ſeruata fuerit, præſumitur reſcriptum falſum *d. cap. quam graui. Alciat. in l. inter claras C. de ſumma trin. et.*

5. FERDINANDO ROMANORVM REGI) Eligendus in Imperatorem, primum

primum [d] eligitur à ſeptemviris Germaniæ Rex Romanorum, poſteà verò promouetur in Imperatorem vnctione, conſecratione, & coronatione, quam accipit à Papa. *text. in c. Venerabilem, ibi, perſonam electam in Regem, & ibi, ad Imperium aſſumendus, de Iureiur. Reſtaur. tract. de Imperatore, quæſt.* 10. Aurea etiam Bulla Caroli IV. quotieſcumque neceſſitas ſeu caſus electionis Regis Romanorum in Imperatorem promouendi. Ac licet plerique ſint in ea ſententia vt Rex potiùs Germanorum eligatur. *Ioan. And. in d. cap. Venerabilem*, nihilominus præualuit ſententia Panorm. & aliorum *in d. cap.* quæ etiam diuturno loquendi vſu confirmata eſt, Benè tamen animaduertit D. Azorius *l.* 10. *inſtit. moral. part.* 2. *cap.* 4. olim antequam electio Imperatoris ad ſeptemviros Germanos Romani Pōtificis authoritate redacta eſſet, Regem Romanorum eligi quempiam ſolitum, qui deinde ab Italis, Lombardis eligebatur, & à Mediolanenſi Epiſcopo coronabatur in Regem Italiæ, tandem à Romano Pōtifice, annuente vniuerſo populo Romano, Imperator Romanorum vocabatur. Vnde Carolus Magnus qui primùm Aquiſgtani erat creatus, & coronatus Rex Germanorum, poſteà in Italia Longobardis bello deuictis ſe fecit in Regem Italiæ coronari, & Pipinum filium Regem Italiæ nominauit. Poſt Carolum Magnum, ſucceſſerunt ordine Ludouicus Pius, Lotharius, Ludouicus Iunior, Carolus Caluus, Ludouicus Balbus, Carolus Craſſus, & Arnulphus, quorum ſinguli fuerūt Reges Germanorū, & deinde ab Italis electi Reges Italiæ, & poſtea coronati à Romano I. Pontifice Imperatores. Arnulphū ſecuti ſunt Ludouicus filius eius, Conradus I. & Henricus I. qui Reges quidem Germanorum fuerunt, ſed non Reges Italiæ, vel Imperatores electi atque coronati [e] Poſt decretum à Gregorio V. (licet alij falsò Gregorio X. id attribuant, quos refutat Card. Bellarm. *de tranſlat Imperij Romani lib.* 1. *cap.* 1.) de Imperatore eligendo, Septemviri Germani Regem Romanorum dicuntur eligere, quoniam etiamſi eligatur Rex Germanorum, quia tamen eligitur in Imperatorem poſtea promouendum, reuera eligitur in Regem Romanorum. Item, vt ſupra dixi Romanus Pontifex ius eligendi ad Septemviros Germanos reuocauit, vt ſchiſmata ex imperio tollerentur: nam poſt Carolum Craſſum, quidam Itali elegerunt in Regem Italiæ Berengarium Ducem ForoIulienſem, alij Widonē Ducem Spoletanum, alij Arnulphum Regem Germaniæ. Poſt Arnulphum itidem, quidam

Margin: d — 6. — e — 7.

Itali volebant eundem Berengarium, alij Lambertum filium Wi-
donis, quem ipſe pater Wido Regem appellauerat, & ſocium Regni
ſibi adiunxerat, alij Ludouicum filium Boſſononis in prouincia Re-
gis contra Berengarium vocarunt, & regno Italiæ præfecerunt; mor-
tuis verò Widone, Lamberto, Arnulpho, Ludouico regnauit in Ita-
lia ſolus Berengarius, ſed contra ipſū multi Itali Rudolphū Burgun-
diæ Regem, in Regem Italiæ elegerunt, quo deinde abſente, & ex-
tincto Berengario Italici Hugonem filium Lotharij, nepotem Lo-
tharij in Lotharingia Regis, pronepotem Ludouici II. Comitem A-
relatenſem Regem Italiæ crearunt, & hic filium Lotharium Regem
Italiæ nominauit, quia ſcilicet ſibi ſocium in Regno aſſumpſit; qui
deinde mortuo patre ſolus in Italia regnauit. Sed contra eum Itali
Berengarium II. Berengarij I. ex filia nepotem Regem conſtitue-
runt, & ipſe poſtea filium ſuum Adalbertum Regem Italiæ appella-
uit. Contra hos plerique Itali Othonem Magnum Regem Germa-
niæ vocarunt, & in Regem Italiæ elegerunt. Othoni Magno ſuc-
8. ceſſit in regno Germaniæ, & Italiæ Otho II. filius Othon III. in
vtroque regno ſucceſſit, poſt quem edita eſt Conſtitutio Ponti-
ficia de ſeptem Electoribus Imperatoris. Plura de Electoribus vi-
deatur idem Azorius d. cap. 4. vbi quærit an in electione Imperato-
ris ſi ſit diſſenſus, Romanus Pontifex alterum alteri præferre poſſit;
& quid ſi inidoneum ſeu indignum elegerint? & ſi idoneum, an is
antequam ſit à ſummo Pontifice vnctus, ſacratus, vel confirmatus
adminiſtrare poſſit? & an ſit totius mundi Dominus? & pleraque
talia curioſæ inueſtigationis, ſed non huius loci.

9. f f SALVTEM) vſus iſte ſalutandi non modò Chriſtianis iam diu
receptus eſt, vt conſtat ad *Philip. cap. vlt. 1. Theſſ. cap. vlt. & 2. cap.*
vlt. & alibi, verum etiam Ethnicis ipſis, qui etiam poſt nomina il-
lam adijciebant, licet interdum iſti omitterent, præſertim Reges,
quaſi per maieſtatem. quod Plutarchus notat in Phocione, dum
ſcribit *Alexandrum victo Dario abſtuliſſe ab Epiſtolis* τὸ χαίρειν (illud ſa-
lutare) *exceptis quas Phocioni ſcribebat, quem vnum, ſicut Antipatrum*
compellebat poſt ſalutem dictam. Verùm Romani Pontifices Chriſti
diſcipulos etiam in hoc ſecuti, hoc ſalutandi more ſemper vſi ſunt,
vt licet videre in proœmio Decret. lib. 6. & Clem. ibi DD. nam vt
bene ſcribit Rebuff *ad formam mandati Apoſtolici, verbo ſalutem.* produ-
cit ſalus, actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, ſedulitatis,
tran-

tranquillitatis, iucunditatis, & neceſſitatis. Hinc in primitiua Eccleſia præter ſalutem, Gratiam imprecabantur, id quod Ignatium, & ſucceſſores Antiochenſes Epiſcopos feciſſe narrat Baronius, *in Annal. Eccleſ. ſub annum Chriſti* 45. & procedente tẽpore, poſt ſalutem, Apoſtolicam benedictionem ſubiecerunt.

SACRI ROMANI IMPERII) Imperium à Romanis defluxiſſe qui primum Regibus regebantur, dein Conſulibus, & Dictatoribus, demum Principibus & Cæſaribus, quorum primus fuit Octauianus Auguſtus (ſub quo Seruator generis humani natus eſt) qui bellis ciuilibus ſuâ virtute extinctis, ipſum denique terrarũ orbem pacaſſet, vt nemo quiſquam eſt qui ignoret. Hinc Auguſti nomine illum inſigniuit ſenatus, vt cùm primus omnium condidiſſet Imperium, diuino quaſi nomine, & titulo, vt L. Florus loquitur, etiam ſuperſtes cõſecraretur. Atque inde fortaſſis factum eſt, vt Imperatoribus quaſi diuinis hominibus, & veluti Ioue editis, vt Homerus loquitur, ignis præferretur, *teſte Adri. Turnebo lib.* 1. *animad. cap.* 29. Verùm miſſa hæc faciamus, & diſquiramus, quid interſit inter Cæſares, Imperatores, & Auguſtos? Nonnulli, inter quos eſt Alciatus *in annot. ad Tacitum*, hoc intereſſe ſcribunt, quòd Cæſares, fuerint dicti, qui Auguſtæ Maieſtatis hæredes deſignati eſſent, adminiſtratione rerum interdicta, niſi fortè aliquã prouinciã Auguſti iuſſu adminiſtrãdã haberẽt. Hinc nulla illis donatiua militibus dãdi facultas erat, nec in comitatu alios habebat niſi quos princeps tribuiſſet. Paulò maior Imperatoris dignitas, qui licet intra Auguſti faſtigium poſitus, eiuſq; arbitrio bella gereret, ſummam tamen poteſtatem in Magiſtratus, inq; milites, habebat, iuſque illi bellũ indicendi erat. Hinc Ouid. lib. 2. Triſt.

10

11

Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,
Auſpicium cui das grande, Deoſq; tuos.

Æuo tamen poſteriori, vt Tertul. qui Apoſtolorum temporibus vicinus vixit, ijdem Cæſares, qui Auguſti, & ijdem Imperatores, qui Cæſares & Auguſti. *Chriſtianus nullius eſt hoſtis*, inquit Tert. ad Scapulam, *nedum Imperatoris, quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt vt & ipſum diligat, & reuereatur, & honoret, & ſaluum velit cum toto Imperio: quouſque ſeculũ ſtabit, tam diu ſtabit. Colimus ergo Imperatorem ſic, quomodò & nobis licet, & ipſi expedit, vt hominem à Deo ſecundum, & quidquid eſt à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem.* Ita ille; qui rurſum in Apologetico: *Sed quid ego amplius de Religione, atque pietate Chriſtiana*

 in Impe-

in Imperatorem? quem neceſſe eſt ſuſpiciamus, vt eum quem Dominus noſter elegerit: vt meritò dixerim, noſter eſt magis Cæſar, vt à noſtro Deo conſtitutus &c. Signentur hæc Tertulliani dicta, ſed illud maximè quòd tam diu ſtabit Imperium, quamdiu ſæculum. Ex quo videt lector, illum imbibiſſe vaticinium illud Danielis cap. 2. pernotum, quo non ante cadet Imperium, quàm fatalis & horrendus ille vniuerſi orbis occaſus adueniet. Idcircò æuo primitiuæ Eccleſiæ, Chriſtiani, ne in præacerbas Antichriſti vexationes inciderent, ardentibus votis Deum ſuum pro incolumitate Imperij, Imperatoriſque precabantur; vt ex his eiuſdem Tertul. verbis in Apolog. licet percipere: *Eſt*, inquit, *& alia maior neceſsitas orandi pro Imperatore, etiam pro omni ſtatu Imperij, rebuſque Romanis, quod vim maximam vniuerſo orbi imminentem, ipſamque clauſuram ſæculi, acerbitates horrendas comminantem, Romani Imperij commeatu ſcimus retardari. Itaque nolumus experiri, vt dum precamur differri, Romanæ diuturnitati fauemus,* Apologet. aduerſus gentes. Faueamus ô Lector! & pro incolumitate Imperatoris, & Imperij ardentibus Deum votis cum Tertulliano precemur: qui ſi hiſce temporibus viueret, in quas voces non erumperet quid non moliretur? ô tempora! ô mores ſed hæc obiter.

Principes Electores) Diximus ſupra cœptum in Romanis Imperium, Ab iſtis ad Græcos Conſtantinopolim, per Conſtan-
12. tinum Magnum tranſiuit. Poſt illa Occidentis Imperium à Græcis ad Francos tranſlatum eſt, & in Caroli familia vſque ad octauam, & nonam generationem permanſit. Demum Italia Schiſmaticis diuexata regi cœpit per Reges ſiue Gothos, ſiue Longobardos, donec Imperium rediuiuum ſurrexit in ſucceſſoribus Caroli Magni, in quos via ſucceſſionis ſanguinis, & non electionis gradatim deferebatur. Ab iſtis tandem delatum eſt Imperium Germanis in perſonam Othonis I. qui exactis ex Italia Berengarijs ætate iam prouectâ Viennæ Auſtriç obijt circa annum 970. relicto Othone II. ſucceſſore, qui à Ioanne XIII. Papa coronatus eſt: eo mortuo ſucceſſit in Imperio eius filius Otho III. vt diximus ſupra, quem à Benedicto VII. Papa coronatum legimus, & is vltimus fuit qui iure hæreditario Imperium adminiſtrauit. Nam cùm Germani proceres animaduerterent,
g rent, Reges & Principes *a* degeneres nonnunquam filios poſteris
b relinquere, ſicque ſatius eſſe electione Imperium deferre *b* quàm ſucceſſione, (in quo non deſunt exempla quæ peti poterunt ex

cap. II.

cap. 11. lib. 1. mei Theſauri politic. Aphoriſ.) hinc factum vt per electionem deinceps Imperator Romanus aſſumeretur. Ne autem indiſcreta, aut ſubitaria, vt olim plerumque, electio fieret, certos Eccleſiaſticos, & ſeculares Germaniæ Principes, authore præſu'e Romano ſelegerunt, ad quos huiuſmodi ſpectaret electio. Ac licet non reperiatur in iure deciſum, quot numero Principes Germaniæ ad hanc electionem requirantur (nam in Clem. 1. de Iureiur legimus per Eccleſiam Imperium à Græcis ad Germanos fuiſſe tranſlatum, & ab Eccleſia ad certos Germaniæ Principes ius eligendi Imperatorem perueniſſe *in cap. Venerabilem de electio.*) ſed dicatur, Principibus Germanorum ius eligendi Imperatorem iure, vel conſuetudine conuenire, *in cap. ad Apoſtolicæ, de ſent & re iud. in 6* vbi hoc ſolum habetur: Illi autem ad quos Imperatoris ſpectat electio, liberè eligant in Imperio ſucceſſorem) nihilominus præualuit ſententia gloſſæ *in d. cap. ad Apoſtolicæ, in verbo, Illi autem*, & multorum aliorum dicentium, ſeptem eſſe ordinatos Principes Electores, videlicet tres Eccleſiaſticos, Archiepiſcopum Colonienſem, Treuirenſem & Moguntinenſem, quatuor verò ſæculares, Palatinum Comitem Rheni, Ducem Saxoniæ, Marchionem Brandenburgenſem, & regem Bohemiæ, olim Ducem, licet iſte, vt quidam, *quos recenſet Azorius inſtit. moral. lib.* 10. *cap.* 3. volunt, non aliàs ſit Elector, niſi in diſſenſu ſuffragiorum ſex aliorum. Itaque poſt mortem Othonis III. ſeu finita ſtirpe Othonis I. perſpicuum eſt, ius eligendi Imperatorem, reſediſſe penes eoſdem Septemviros, iam nominatos, & primum omnium Imperatorem fuiſſe non Henricum Saxoniæ Ducem (qui ſine legitima authoritate Imperij titulum, vt olim Galba & Veſpaſianus, qui idcircò è Cæſarum albo abraſi ſunt, ſibi arrogauit, Carolus Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. *Rub. des matieres feodal. num.* 32. Sed Henricum I. Bauariæ Ducem ex inclyta & antiquiſsima Bauarorum familia anno circiter ſalutis 1003. vno omnium Electorum ore Imperatorem renunciatum, & à Benedicto VIII. coronatum eſſe. Interea aduerte Septemviros iſtos Principes non Imperatorem eligere, ſed Regem Romanorum in Imperatorem promouendum, *quod totidem verbis legitur in Clem.* 1. §. 1. *de Iureiur.* Henricum Regem, tunc Regem Romanorum, & clariùs in §. nos ibidem, *ipſum nominauimus, denunciauimus, & declarauimus in Regem Romanorum, in Imperatorem*

13.

14.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

 ratorem

vatorem poſteà promouendum. Neque obſtat quod habetur in cap. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re iud. in 6, vbi hæc habentur: *Illi autem ad quos in Imperio Imperatoris ſpectat electio, &c.* Nam reſpondit D. Azorius *pag.* 1060 *par.* 2. in illo Imperatoris ſuppleri illud videlicet poſteà promouendi, cùm electus in Regem Romanorum poſteà creetur, vngatur, coronetur Imperator, vt ex præcitatis, atque adeò bulla aurea Caroli IV. Roman. Imp. ſub annum Chriſti 1366. edita conſtat Sed nec illud ſilentio inuoluendum, quod ſubijcit idem Azorius, antequam electio Imperatoris ad Septemviros Germanos Ro-
15. mani Pontificis authoritate redacta eſſet, aliquem Romanorum eligebant, qui deinde ab Italis Lombardis eligebatur, & à Mediolanenſi Archiepiſcopo coronabatur in Regem Italiæ, tandem à Romano Pontifice, annuente vniuerſo populo Romano, Imperator Romanorum vocabatur.

Vnde Carolus Magnus, qui primus Aquiſgrani fuit creatus, & coronatus Rex Germanorum, poſteà in Italia Longobardis bello deuictis, ſe fecit in Regem Italiæ coronari, & Pipinum filium RegemItaliæ nominauit. Poſt Carolum Magnum ſucceſſerunt ordine Ludouicus Pius, cuius filij tres fuerunt Ludouicus Germanicus, Lotharius, Carolus Caluus: Ludouico A emania obt git, fueruntque illi filij, Ludouicus, item Carolus Craſſus, qui Caluo Imperium eripuit, & Carolomannus, cuius filius Arnulphus poſt Craſſum imperauit. Arnulphi filij Ludouicus III. Cæſar, & Conradus, cuius Conradi filij fuerunt Ebrardus (cuius poſteri ſunt Francorum Principes) & Conradus poſtremus in hac progenie Cæſar. Poſtea ab his ad Othonem I. Imperium delatum eſt, vt prædixi, & tandem cùm Ger-
16. mani Principes ob frequentes ſeditiones viderent magis expedire eligere, quàm ex hæreditate mereri Principem, tandem Henrico I. Bauaro obtigit, vt diximus, per electionem Imperium, per quam etiam in alios exinde, ad noſtra vſque tempora deriuauit. Atque de his hoc loco ſatis dictum eſto.

17. In Regem Romanorvm) Rex Romanorum creatur per Principes Electores, nec nomen Imperatoris aſſumit, niſi vnctus, cõſecratus, coronatus à Papa, *cap. Venerabilẽ, de Iureiur. Reſtaurus tract. de Imperatore quæſt.* 10. Hinc rectè animaduertit Baronius *tomo* 10. *annal. ſub annum Chriſti* 888. Arnulphum Carolomanni filium, nun-
quam

quam ab antiquis Scriptoribus Imperatorem fuiſſe nominatum, ſed ſemper Regem, eò quòd nefas eſſet Imperatoris nomen aſſumere, niſi illud ab Apoſtolica ſede collatum eſſet. Vnctus itaque & coronatus demum Imperatoris nomine donabatur; *Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imperatore, quæſt. 45. num. 1.* Qui autem fuerint coronati à Carolo Magno Reges Romanorum ex Elencho ſubiecto videbit curioſus Lector, quem acceptum refero à Patre Ioanne Azorio, *lib. 2. Inſtitutionum moralium part. 2. lib. 10. cap. 5.*

18.

CAROLVS MAGNVS, Anno Domini 801. in die Natalis Domini, vt paulò antè dixi à Leone III. Romæ in Æde S. Petri Chlamydem Auguſtalem, & coronam auream accepit: quo facto populus vniuerſus ter acclamauit: Carolo Auguſto à Deo coronato, Magno, & Pijſſimo Imperatori Romano vita, & victoria. Aimonius lib. 5. Rhegino lib. 2. Friſingenſis libr. 5. Sigonius de regno Italiæ lib. 4.

LVDOVICVS PIVS Caroli Magni filius, vnctus, conſecratus, & coronatus eſt à STEPHANO IV. Remis in Gallia, Anno 816. Aimonius lib. 5. Rhegino libro 2. Friſigen. lib. 5. Sigebertus in Chronico, Sigon. libr. 4. LOTHARIVS filius Ludouici Pij coronatus eſt Romæ à Paſchali I. anno 823. Aimonius, Rhegino, Friſingen. Sigibert. Sigon. lib. 5. ſupra citati.

LVDOVICVS II. Lotharij filius coronatus eſt Romæ in Baſilica S. Petri à Sergio II. anno 844. Aimonius, Rhegino, Friſing. Sibert. & Sigon.

CAROLVS CALVVS, filius Ludouici Pij, frater Lotharii Imperatoris, patruus Ludouici II. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Ioanne VIII. anno Domini 876. Aimonius libr. 5. Rhegino lib. 2. Friſing. lib. 6. Sigon. lib. 5.

LVDOVICVS III. cognomento BALBVS, filius Caroli Calui coronatus eſt Lugduni in Gallia à Ioanne VIII. anno 878. Aimonius lib. 5. Rhegino lib. 2. Friſingen. lib. 6. Sigon. lib. 5.

CAROLVS cognomento CRASSVS, filius Ludouici Regis Germaniæ & nepos Ludouici Pij, patruelis Ludouici III. Balbi coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Ioanne VIII. anno 881. Aimonius. Rhegino. Friſingen. Sigibert. & Sigon. Arnulphus filius Carolomanni ex concubina, nepos Ludouici Regis Germaniæ,

coro-

coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Formoſo Pontifice Romano anno 896. Rhegino lib. 2. Friſingen.6. Sigiber. in Chronico Sigon.lib.6.

LVDOVICVS IV. filius Boſſonis in prouincia Regis ex vxore Hirmingarde, filia Ludouici Pij, & ſorore Caroli Calui, coronatus eſt Romæ in æde S.Petri à Benedicto IV. anno 901. Rhegino lib, 2. Friſingen. lib. 6. Sigon.lib.6.

OTHO I. olim Saxoniæ Dux, Germaniæ Rex coronatus Romæ in æde S.Petri à Joanne XII. anno 962. Friſingen.lib 6.Sigon. lib. 6. Ante hunc Othonem I. & poſt Arnulphum Imperatorem Reges Germaniæ fuerunt Ludouicus filius Ludouici Pij, & frater Lotharij, & Caroli Calui Imperatorum. Conradus primus Dux Franconiæ, Henricus Dux Saxoniæ, pater Othonis I. Imperatoris, ſed Reges Italiæ non fuerunt.

OTHO II. filius Othonis I. coronatus eſt Romæ in Baſilica Vaticana anno 968. à Joanne XIII. Friſingen. lib.6. Sigonius lib.7.

OTHO III. filius Othonis II. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Gregorio V. anno 996. Friſingen.lib 6 Sigon lib.7.

HENRICVS I. ex Duce Franconiæ ac potiùs Bauariæ factus Rex Germaniæ coronatus eſt in æde S.P. à Benedicto VIII. anno 1014. Nauclerus in Chronologia parte 2, Geneaat.34. Sigon. lib.8. de Regno Italiæ.

CONRADVS II. ex Duce Suæuiæ, factus eſt rex Germaniæ, coronatus eſt Romæ in Baſilica S.Petri à Joanne XX. anno 1027. Friſingen. lib. 6. Naucler Generat. 35. Sigon. lib. 8. de Regno Italiæ.

HENRICVS III. filius Conradi II. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Clemente II. anno 1047. Friſingen. libr.6. Naucler. Generat.35. Sigon. lib. 8.

HENRICVS IV. filius Henrici III. nepos Conradi II. dum puer eſſet, creatus eſt Cæſar anno 1057. ſed non eſt à Romano Pontifice coronatus: fuit enim hoſtis & perſecutor Eccleſiæ & Gregorij VII. Pontificis Romani: contra eum Rudolphus dux Suæuiæ declaratus, & electus eſt ab Electoribus Principibus Rex Germaniæ authoritate Gregorij 7. & ab eo confirmatus Rex Romanorum, ſed non eſt coronatus Imperat. Naucler. Gener. 36. & 37. Sigon. lib. 9. Item aduerſus eum Conradus filius, quem in Regem Romanorum eligendum & creandum curauerat ad

Romanum Pontificem, ſe contulit, ſed non eſt Imperator Coronatus, Sigon. lib. 9.

HENRICVS V. filius Henrici IV. per vim coronatus eſt Romæ in Baſilica Vaticana à Paſchali II. anno 4. quem captiuum adduxerat, cum clericorum, & ingenti laicorum multitudine, & mortuus eſt abſque virili prole, Naucler. generat. 38. Sigon. lib. 10.

LOTHARIVS II. ex Duce Saxoniæ factus Rex Romanorum coronatus eſt Imperator Romæ in æde S. Petri ab Innocentio II. anno Domini 1133. Nauclerus in Chronico part. 2. generat. 38. Sigon. lib. 11.

CONRADVS III. Dux Suæuiæ Henrici V. filius mortuo Lothario electus eſt & deſignatus Imperator anno 1138. non tamen coronatus à Romano Pontifice, Naucler. generat. 38. Sigon. lib. 11.

FREDERICVS cognomento ÆNOBARBVS Suæuiæ dux, nepos Conradi III. ex fratre Frederico, coronatus eſt Romæ in æde S. Petri ab Adriano 4. anno 1155. Naucler. Generat. Sigon. lib. 12.

HENRICVS VI. filius Frederici I. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Cæleſtino 3. Naucler. Generat. 40.

OTHO IV. filius Henrici Ducis Saxoniæ electus, & deinde confirmatus à Prædeſtino Epiſcopo nomine Innocentij 3. erat enim eius Legatus in Germania, & deinde coronatus eſt Romæ in æde S. Petri ab Innoc. III. anno 1206. Naucler. Generat. 41.

FREDERICVS II. Henrici VI. filius in Regem Romanorum electus, confirmatus eſt ab Innocentio 3. coronatus verò ab Honorio 3. anno Domini 1220. Naucler. Generat. 41.

CONRADVS IV. filius Frederici II. electus eſt Rex Romanorum viuente patre anno 1287. Naucler. Generat. 42. ſed non eſt à Romano Pontifice coronatus, & cùm Fredericum patrem Innocentius IV. Imperio priuaſſet, Principes moniti ab eodem Innocentio elegerunt Henricum Lantgrauiū Thuringiæ, & quia breui hic mortuus eſt, elegerunt Guillielmum Comitem Hollandiæ, viuente adhuc Conrado quarto, & deinde occiſus eſt a Friſonibus mortuo Conrado quarto, poſteà per aliquot annos fuit interregnum, diſſidentibus inter ſe Electoribus, quia quidam anno 1257. elegerant Ricardum Cornubiæ Comitem, fratrem Henrici Regis Anglorum, alij verò Alphonſum X. Caſtellæ regem. Tandem anno

1273. Electus eſt Rudolphus Comes Habſpurgenſis, qui fuit pater Alberti 1. Ducis Auſtriæ, non eſt coronatus, ſed confirmatus à Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi, ea conditione, vt anno proximè ſequenti Romam veniret, vnctionem, conſecrationem, & coronam accepturus. Naucler. Generat. 43.

Albertvs 1. Dux Auſtriæ, filius Rodolphi 1. electus eſt anno 1299. Naucl. Generat. 44. mortuus eſt anno 1308. non eſt coronatus.

Henricvs Septimvs Comes Luxenburgi acceptâ coronâ ferreâ in Germania, & argenteâ in Italia, coronatus eſt aureâ Romæ à tribus Cardinalibus legatis Clementis V. In æde S. Ioannis Lateranenſis 1311. Naucler. Gener. 44. obijt anno 1313. poſteà anno ſequenti Electores diſſidentes elegerunt Ludouicum Ducem Bauariæ, & Fredericum Ducem Auſtriæ Naucler. Generat. eadem.

Carolvs Qvartvs filius Ioannis Regis Bohemiæ, Nepos Henrici VI. Imperatoris Romæ in æde S. Petri coronatus eſt à Petro Cardinali Hoſtienſi Legato Innocentij VI. Naucler. Generat. 35. & 36. Electores elegerunt contra Carolum Odoardum Regem Angliæ, ſed electionem ille repudiauit. Poſtea elegerunt Guntherum Comitem, ſed breui mortuus eſt.

Venceslavs Caroli IV. filius Cæſar tantùm fuit, non Auguſtus, nec coronatus Imperator. Nauclerus Generat. 46.

Robertvs ex Comite Palatino & Duce Bauariæ electus eſt Rex Romanorum anno 1400. non eſt Imperator coronatus.

Sigismvndvs filius Caroli 4. Imperatoris Bohemiæ, & Hungariæ Rex coronatus eſt Romæ ab Eugenio IV. apud S. Petrum anno 1430. Naucler. Generat. 49.

Albertvs 2. Auſtriæ Dux, & Bohemiæ, & Hungariæ Rex, Gener Sigiſmundi Imperatoris, fuit Cæſar, & Rex Romanorum electus anno 1438. ſed non coronatus Imperator, Nauclerus Generat. 48.

Fredericvs tertius Erneſti Ducis Auſtriæ filius, coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Nicolao V. anno 1452. Nauclerus Generat. 45.

Maximilianvs Frederici tertij filius, Cæſar electus, ſed non coronatus Imperator.

Carolvs V. Philippi Pincipis Hiſpaniæ filius, Nepos Maximiliani Cæſaris, Frederici tertij Imperatoris pronepos, coronatus eſt Bononiæ à Clemente ſeptimo, anno 1530.

Annales

Annales noſtri referunt illum inauguratum Aquisgrani anno 1512. 4. Idus Nouemb. vid. Annales D. Chapauille Canonici & Vicarij Leodien. in vita Erardi à Marcka cap. 10.

Ferdinandvs Rex Bohemiæ & Vngariæ, frater Caroli V. Imperatoris Cæſar fuit, non Imperator coronatus.

Maximilianvs ſecundus Rex Bohemiæ, & Hungariæ Ferdinandi Cæſaris filius, Cæſar fuit, non coronatus Imperator.

Rodolphvs ſecundus Rex Bohemiæ, & Hũgariæ, filius Maximiliani Cæſaris, nepos Ferdinandi Cæſaris, Rex & Cæſar eſt. obijt anno 1612. in Febr.

Mathias Archidux Auſtriæ, filius Maximiliani Cæſ Rex etiam & Cæſar Romanorum, qui obijt anno 1619. non etiam coronatus.

Ferdinandvs II. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. Comes Tyrolis, S. Sedi obedientiam præſtitit miniſterio Ducis Sabelli 1. Maij anni 1620. i

Confirmatam) Electio enim Imperatoris confirmatur à Papa, *textus in Clem. 1. de Iureiur. poſt. pr. ibi. approbationem &c. & alibi, & notat Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imp. quæſt.* 17. *& Innocent. cap. in Venerabilem de Electio.* cui etiam præſtitit obedientiam: 1. Maij anni 1620. exhibuit S. Sedi glorioſus, & Inuictiſſimus Imperator Ferdinandvs II. miniſterio Illuſtriſſimi Ducis Sabelli ipſius ad S. Sedem Legati: prout & Matthias illius prædeceſſor opera Illuſtriſſimi & Reuerendi D. Epiſcopi Bambergenſis. Eſt enim à multis iam retro ſæculis vſu receptum, vt Electus hanc confirmationem ſeu approbationem, per ſolemnes Legatos ſeu Nuncios à Papa cum ſpeciali mandato petat, *vt eſt textus in Clem. 1. ibi. dictus namque.* Et habetur in ſolemni libro ſacrarum Ceremoniarum *lib.* 1. *ſect.* 5. *cap.* 1. *in pr.* quòd Electus Rex futurus Imperator Romanorum primùm conſueuit electionem ſuam per ſuos ſolemnes Oratores intimare S. Pontifici, & decretum electionijs oſtendere &c. & per tales nuncios ſuos, cùm ſpeciali mandato Electus in futurum Imperatorem exponit deuotionem ſuam & reuerentiam, ſeu obedientiam filialem erga S. Pontificem & ſanctam Rom. Eccleſiam, petens gratiam, & fauores conſuetos, & præſtanti pro eo in ipſius animam iuramentum fidelitatis Papæ, & Eccle-

19.

20.

21.

 ſiæ, petendo

ſiæ, petendo vnctionem & conſecrationem, *vt in d. Clem. vnica, de Iureiur. & Reſtaurus Caſtaldus d. q. 17. Anaſt. Germon. tract. de ſacr.*
22. *immunitatibus lib. 3. in proœm. num. 5.* [k] Vnctio autem quid differ-
k rat à Conſecratione, ſi quæras, Reſpondebo; Vnctionem fieri oleo ſacro, non tamen chriſmate in brachio dextro ſiue humero, & in æde S. Petri ad altare S. Mauritij, Conſecrationem verò ſine oleo: quippe quia S. Pontifex ſuper eum manus apponit adhibitis certis quibuſdam precibus, quibus Dei nomen, & auxilium inuocatur. Quēadmodum etiam ſine oleo res quædam in Eccleſia conſecrantur. Aliter verò Presbyteri, & Epiſcopi conſecrantur. Nam Presbyteri ſacrum ordinem recipiunt: Epiſcopi itidem ſacram poteſtatem certa quędam ſacramenta conferendi, quâ Presbyteri carent. Sunt qui putent Imperatorem per conſecrationem ſacrum ordinem recipere, & Subdiaconum fieri; ſed hoc falſum eſt: nam licet miniſtret Papæ Sacris operanti in veſte ſubdiaconi, non propterea eſt Subdiaconus, cū Imperator inter Laicos reputetur, *cap. vbinam 96. diſtinctione*, nec vllum ſacrum ordinem habere poſſit vir coniugatus, *vt poſt Caſtaldum tract. de Imp. notat Azorius lib. 10 Inſt. mor. cap. 8. verſ. Tertio quæritur* Cæterùm, aduerte, quod ex hac vnctione & coronatione reſultat confirmatio, quæ ſitne tacita, an explicita, amplus eſt diſcurrendi campus, quem ego modò ingredi nolo ob ſpinas quæ in eo
23. diſperſæ ſunt Solum dicam illud eſſe exploratiſſimum non ſolêre Pōtificem Primarias haſce Preces ante obedientiam ſibi præſtitam Cæſari indulgêre, qui nec poteſt ante dictam cōſecrationem aliquod priuilegium concedere, niſi aliud S. D. N. videatur, *Guido Papa deciſ.*
l 239. *in fi.* Primariæ autem Preces idcircò dicuntur, [l] eò quòd ſe-
24. mel dumtaxat, ſeu pro prima ſaltem vice, non autem vel bis aut ſæpius vni & eidem Imperatori, in vna eademque conceduntur Eccleſia. *Boët. Epo. tract. de Regal. num.* 264. A quo autem tempore cœptus ſit illarum vſus, dixi ſuprà in proœmio.

m [m] ADVOCATVM DEVOVISTI.) Imperator dicitur filius Ec-
25. cleſiæ, Aduocatus & Defenſor, *text. in cap. Venerabilem de Electio. cap. conuenior. 23. quæſt.* 8. quia debet ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus Redemptor noſter, ac Romanum Pontificem eiuſdem Redemptoris Vicarium, feruore fidei & claræ deuotionis promptitudine venerari, eſtque protector, procurator & defenſor Pontificis, & Romanæ Eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus, &

vtili-

vtilitatibus ſuis, cuſtodiendo, conſeruando honores, poſſeſſiones & iura eius, quantum diuino ſuffultus adiutorio potuerit ſecundum ſcire, & poſſe ſuum, ita enim iurat, & promittit Pontifici tempore coronationis eius, vt patet in Clem. 1. *in pr. in verbo*, *Ego Rom. Rex &c. de Iureiur. Reſtaurus Caſtaldus tr. de Imp. q.* 6. *& qu.* 7. nam ante coronationem & conſecrationem quam recipit ab Eccleſia, Imperator non eſt, ſed Rex Rom. *vide d. Clem.* 1. *vbi gloſ. in verbo Futurus, & in verbo Reges.* vbi ſcribit quòd ſi Imperator non poſſit recipere coronam in loco debito, nihilominus authoritatem adminiſtrandi recipere poteſt *n* à Colonienſi Archiepiſcopo, quod verum, niſi ſit à n
Papa confirmatus *Reſtaurus quæſt.* 49. Coronatur autem Imperator triplici coronâ, 1. Ferreâ, idque Aquiſgrani quam recipit ab Ar- 26.
chiepiſcopo Colonienſi, 2. Argenteâ, quâ Italiam ingreſſus recipit à Mediolanenſi Archiepiſcopo. 3. Aureâ, quâ per Papam Romæ in Eccleſia S. Petri ad altare S. Mauritij coronatur. Quid autem coronæ iſtæ deſignent, conſule Reſtaurum *d. tract. quæſt.* 33. *& de his quoquæ gloſ. in d. Clem. vnica* Et Carolum Sigonium *lib.* 7. *de Regno Italiæ.* Denique Azorium *lib.* 10. *Inſtit. moral. cap.* 6. *verſ. quicquid ſenſerunt, part* 2. & poſtremò Petrum Gregorij *de Rep. lib.* 6. *cap.* 20. Neque enim lineas quibus breue hoc ſcriptum incluſi, prætergredi volo. Tantum hic aduerte, Papam idcircò narrare Imperatoris merita, quorum etiam intuitu facultatem nominandi concedit, quia virtutum præmia tribui merentibus conueniat, *vt habetur in l. fin. C. de* 27.
ſtatuis & imaginibus & labore, ac virtute ad dignitates conuenit peruenire, non ambitione *l. contra C. de re militari. libro* 12. *l. ſi quempiam C. de Epiſcopis & Cler. c. ſicut cau.* 1. *quæ.* 7.

ADDITIONES.

PAulus Papa nunquam ſolet ſuum cognomen in ſuis litteris exprimere, 28.
nec Cardinales, neque Epiſcopi, & Abbates ſed ſuo nomine contenti a
ſimpliciter adiuncto nomine dignitatis ſcribunt Ideò Papa iuxta Stylum Curiæ Romanæ nunquam Cognomen exprimit *Rebuff. in ſua praxi beneficia'i tit. de forma nona prouiſionis verſ. Iulius.*

Mutato Camilli nomine Panuinius exiſtimat Ioannem XII. primum fuiſſe 29.
inter Romanos Pontifices, qui nomen mutauerit, alij hanc nominis mutatio- b
nem tri-

nem tribuunt Sergio ſecundo Papæ, alij autem exiſtimant dictam nominis mutationem fieri ad imitationem Sancti Petri cui Christus nomen *Cephas* impoſuerat*Frater Ioannes Baptiſta de Glano in Hiſtoria Pontificum, ſignanter Ioannis* XII. dicti XIII.

30. c *Seruus ſeruorum* Papa eſt Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ, & Epiſcopus Epiſcoporum, tamen ob ſpecialem humilitatem, ſe ſeruum ſeruorum Dei indigitat, & ita ſtylus hodie obſeruat, adeò vt ſi appareret bulla abſque huiuſmodi inſcriptione de falſo eſſet ſuſpecta, per ea quæ tradit *Flaminius pariſ. de reſignationibus lib.* 8 *quaſt.* 7. *num.* 116. *& ſeqq* cui dictioni originem dedit Gregorius primus qui dicit ſe ſeruum Petri, vt ait Poëta:

Seruierant tibi Roma prius Domini Dominorum:
Seruorum ſerui, nunc tibi ſunt Domini

Et cum Apoſtolo: Cùm eſſem liber me ſeruum omniũ feci, vt omnes Chriſto lucrifaciam. Sanctiſſimus tamen appellatur, *Can.* 2. *diſt.* 40. ibi, quis enim Sanctum eſſe dubitat, quem apex tantæ dignitatis attollit in quo ſi deſint bona per meritũ acquiſita, ſufficiunt quæ à loci prædeceſſore præſtantur, maximumque Chriſtianæ Reipub. caput eſſe, quotquot de Religione ſcripſere, monumentis tradiderunt, cum ipſe vicem Dei gerat in terris, & Petri Succeſſor exiſtat de cuius facto diſputare inſtar Sacrilegij foret. *gloſſ. in d. Can.* 2. *diſt.* 40.

31. d *Eligitur à Septem-Viris* tribus Eccleſiaſticis ſcilicet ab Archiepiſcopo Moguntinẽſi qui eſt Cancellarius Germaniæ, Colonienſi qui eſt Cãcellarius Italiæ, & Treuirenſi, qui dicitur Cancellarius Galliæ, & quatuor ſecularibus, vt teſtantur verſ. ſequentes.

Moguntinenſis, Treuirenſis, Colonienſis,
Atque Palatinus dapiſer, Dux portitor enſis
Marchio Præpoſitus Cameræ, pincerna Bohemus:
Hi ſunt qui faciunt Dominum per ſecula ſummum.

Ioan. Schneidewinus in epitome feudorum *part* 3 *num.* 58. *&* 59. *& ſeqq. Matthias Stephani de Iuriſdictione lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 5. *de Electoribus tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus num* 17. *& ſeqq.*

32. e *Poſt decretum* à Gregorio V. vt etiã tradit Ioannes Baptiſta de glano in Hiſtoria Pontificum in vita Gregorij V. vbi authoritate Sanctæ Sedis, ſeu potius ſummi Pontificis Gregorij V. facultas electionis Electoribus circa annum 996. committitur, ſeu Inſtitutio Othonis III. confirmatur, prout in *Theſau. polit. meorum lib.* 1. *cap.* 2.

33. f *Salutem.* Papa ſemper vtitur ſalutationibus niſi dirigat litteras hoſti, Schiſmatico, ſeu excommunicato, vel alteri, cui ſubſtracta eſt gratia Sedis Apoſtolicæ, quia oſtendit ſalutatos eſſe in Eccleſia ſancta Dei, *Gratianus diſcept. forenſ. cap.* 538 *num.* 19. *&* 59. Vnde Papa ſalutat eum cui prouidendo confert Beneficium, *Flamin. de reſignationibus lib.* 8. *quaſt.* 7. *num.* 116 *diſtinguit tamen Rebuff.* in praxi beneficiali in declaratione nouæ prouiſionis verſ. ſalutem inter reſcripta ad vacantia & vacatura, quia in reſcriptis ad vacatura Papa ſalutat

eum,

eum, quem grauare intendit ad conferendum, ad vacantia autem ſalutat
cui prouidendo confert.

Degeneres iuxta Horatium oda. 6. lib. 3. 34.

Ætas parentum peior auis tulit g
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Ouidius primo & Metamorphoſeos.

De duro eſt vltima ferro.
Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas, fugere pudor verumque fideſq;
In quorum ſubiere locum, fraudeſque doliq;
Inſidiæq; & vis &, amor ſceleratus habendi
Filius ante diem patrios inquirit in annos
Victa iacet pietas & Virgo cæde madentes
Vltima Cæleſtum terras Aſtrea reliquit.

Quam ſucceſsione, an ſummus Pontifex poſſit ſtatuere, vt Imperium Iure hæ- 35.
reditario deferatur, hanc quæſtionem *Anthon. Cucchus Inſtit. maior. tit. de elect.* h
num. 363. ponit terminis his ſequentibus, Non defuerunt qui opinati ſunt, ſcri-
ptiſque tradiderunt licere Pontifici maximo ſancire, vt Imperium hæredita-
rio Iure deferatur, vtiliuſque id Romano Orbi futurum, vt bella, & ſeditio-
nes, & ſchiſmata euitentur, Ego verò an id facere Pontifex maximus poſſit,
magis ambigo, quàm vtrum expediat expedire Reipub. Rom. nullo pacto
aſſentiri poſſum, cui enim dubium eſt, meliùs id cadere quod Conſilio,
quàm quod fortuita quadam neceſſitate eueniens euitari non poteſt, imò &
Regna cætera melius gubernarentur, ſi optimus non primogenitus aſſumere-
tur, quapropter neque *Aug. Anchonenſ. nec Silua* accedere poſſum quibus hære-
ditarium Imperium viſum fuit, prudenter autem Pyrrus Epirota rogantibus,
quem ex filijs ſuis ſuorum Regnorum hæredem relinqueret, Reſpondit eum
cuius acutior gladius fuerit, & Alexander magnus non filium poſthumum
neque Arideum, ſed eum qui ex Ducibus ſuis optimus fuiſſet Regnorum ſuo-
rum hæredem eſſe voluit, vti in *Theſauro Polit. meorum lib* 1. *cap.* 2. *verſiculo Ve-
rum quoniam pag poſtremæ editionis* 11. *num.* 1.

Ferdinandus ſecundus, cui ſucceſſerũt primo Ferdinandus III. Rex Hunga- 36.
riæ, & Bohemiæ eius filius, concordatis omnium Electorum ſuffragijs anno i
1636. in Regẽ Romanorũ electus, quem paucos poſt dies Archiepiſcopus Mo-
gũtinus inter ſolitas ſolẽnis Sacrificij cæremonias conſueto more inaugurauit:
Adolphus Brachelius Hiſtoriarũ noſtri tẽporis & Succeſſiuè anno ſcilicet 1653.

Ferdinandus Erneſtus Ferdinandi III. Filius in Regem Romanorum eligi-
tur, qui anno ſequente, ita diſponente Diuina prouidentia è Regno terreno
ad Regnum cœleſte tranſlatus eſt relicto toti Imperio, ac Chriſtianitatis Orbi
magno ſui deſiderio.

Vnctio autem, Imperator, militari charactere non Eccleſiaſtico inſignitur 37
Ant. k

Ant. Cucchus inſtit. maiorum de elect. num. 366. gloſſa fin. verſ. Ordinem cap. Valentinianus diſt. 63. quæ conſecratio Imperatoris, eſt conſecratio impropriè dicta, nec refert quod legat Euangelium in Sancta nocte Natiuitatis, quia non legit vt Diaconus, ſed dumtaxat incipit Homiliam, quæ denotat Imperialem Maieſtatem dicens, Exijt edictum à Cæſare Auguſto &c. *Ioannes de Wanquel. in ſuo Breuiario Sixti, & Clementinarum Clem. vnic. de iureiurando concluſ. 4.* circa finem. Neque per eiuſmodi vnctionem imprimitur character *Wanquel. d. loco* operatur tamen vt ex Rege Imperator efficiatur, Item vt Diuini ſpiritus illapſu ſanctior, atque auguſtior euadat *Matthias Stephani de Iuriſd. lib. 2. part. 1. c. 1.* de Imperatore ſiue Principe, & eius electione . 131. de qua vnctione & formâ inungendi Reges vide *Tract. meum intitulatum Pax. Hiſtor. centuria 2. cap. 65.*

38. l *Eo quod ſemel dumtaxat* quod priuilegium ſcilicet precum primariarum hanc habere modificationem dicit *Gratianus diſcept. forenſ. cap. 47. n. 15. & 16.* vt ob illas primarias preces Imperiales vnus Collator non poſſit niſi ſemel grauari *per Rot. deciſ. 23. nu. 8. & Nicol. Boyer. deciſ. 32.*

39. m *Aduocatum deuouiſti*, Imperator aduocatiam Eccleſiæ à lege habet *Mart. Magerus de aduocatia armata cap. 3. de aduocatia ſeu protectionis diuerſis ſpeciebus num. 164.* vbi inquit legalem ſcilicet aduocatiam vocamus, quam aduocatus à lege, vel Canone habet, ſicut Imperator Eccleſiæ Romanæ Aduocatus, & defenſor eſt legitimus, notoriumque eſt ſuam ſanctitatem ab æuo Conſtantini magni ſemper exſtitiſſe ſub protectione Imperatoris: *Magerus dicto tract. cap. 6. num. 18.* refertque *cap. 9. num. 230. dicto tract.* Iuramentum per Reges Romanorum præſtari ſolitum extractum ex Ceremoniali Romano libro primo *ſect. 5. cap. 5.* cuius tenor talis eſt, Ego B. Rex Romanorum adiuuante Domino futurus Imperator promitto, ſpondeo, & polliceor atque iuro Deo & Beato Petro me de Cætero Protectorem, atque defenſorem fore ſummi Pontificis & Sanctæ Eccleſiæ Romanæ in omnibus neceſſitatibus, & vtilitatibus eius, cuſtodiendo, & conſeruando poſſeſſiones, honores & Iura ac ius quantum diuino fultus adiutorio, potero, ſecundum ſcire & poſſe recta & pura fide ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia, & Item *Magerus dicto tract. cap 5. num. 136.* dicit in proceſſu Coronationis Imperatorum Conſtantinopolitanorum, Idem Juramentum præſtabant ante omnia de conſeruandâ ortodoxâ Religione & *num. 137.* Iurabant autem non vt noſtri per ſacroſancta Dei Euangelia ſed per ſacroſancta & viuifica Crucis ſigna, quibus peractis benedicebantur, vngebantur & Coronabantur ſtemmate âureo, Regio, in ſummo Sanctæ Sophiæ templo manu Patriarchæ.

40. n *à Colonienſi Archiepiſcopo*, Archiepiſcopus Colonienſis habet ſecundam vocē in Electione Imperij, cui competit officium, & dignitas Romanorū Regi primum diadema Regium imponendi Iuxta conſtitutionem Caroli IV. Romanorum Imperatoris verſ. vigeſimo, quarto quam refert. Reſtaurus Caſtaldus in ſuo tract. de Imperatore *quaſt. 8. verſ. 24. & per gloſ. in Clem. vnic.* de iureiurando

reiurando

reiurando verſ. Reges Romanos, quæ habet quod ſi Imperator non poſſit recipere Coronam in loco debito, nihilominus Authoritatem adminiſtrandi recipere poteſt à Colonienſi Archiepiſcopo. 41.

Triplici corona. Vt ferunt verſus ſequentes

Ferrea Romani geſtant diademata Reges
Eſt argentea poſt hac, his oblata corona,
Hinc aurum capiti fuluum datur Imperiali.

Quod verò Imperator tribus corónis coronetur, ferrea ſcilicet, quam recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi Aquiſgrani, ferrum enim fortitudinem deſignat qua rebelles vincere, & infideles conculcare debet, & argentea, quam recipit ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, argentum enim munditiem, & claritatem deſignat, & aurea, quæ eſt de auro puro, qua coronatur per Papam, & ſicut aurum eſt excellentiſſimum metallum, ita Imperator potentiá, & iuſtitia, & cæteris virtutibus alios Reges & Principes antecellere debet *gloſſ. in clem. prima verſ. veſtigijs de iureiurando*, & id eſſe ex diuino Inſtituto probat *Hyeronimus Balbus de coronatione pag.* 8. nimirum ad exemplum Saluatoris noſtri, quem his tribus coronis ornatum Sacræ deſignant litteræ, argentea vt *Zach.* 5. ſumes argentum, & pones in capite IESV, ferrea vt in lib. Regum ſub Imagine Zedechiæ, qui ferream ſibi fabricauit coronam, aurea vt in Apocal Vidi ſuprà nubem filium hominis habentem in capite ſuo coronam auream, *Matthias Stephani de Iuriſdict. d. lib. 2. p.* 1 *cap.* 1. de Imperatore ſiue de Principe, & eius electione *num.* 133. *& ſequent.* 42.

SVMMARIVM SECTIONIS II.

1. *Commarius Cæſaris nominat.*
2. *An cadat præſcriptio contra Cæſarem non vtentem ſuis nominationibus?*
3. *Cæſar qui vnum nominat an variare poſſit?*
4. *Secundo nominatus qui habet litteras expeditas an præferetur primo litteras non habenti?*
5. *Vter Preciſtarum potior; ſi duo concurrant de eadem temporis data?*
6. *Cæſar an poſſit nominare ſecundum, ſi preces quoad primum non ſint ſortitæ effectum?*
7. *Beneficio effecto litigioſo & poſtea per obitum Preciſtæ vacante, an Cæſar alteri preces conferre poſſit?*
8. *Cæſar an poſſit iterum conferre ſi Preciſta gratiam non acceptauerit.*
9. *Vtrum Cæſar preces concedendo poſſit mutare naturam ſeu qualitatem beneficij?*

10. *Cæſar an poſſit nominationibus apponere conditionem.*
11. *An ſi Preciſta ſit nominatus ad aliquod beneficium ſimplex poſsit illud acceptare ſi ſit erectum in Curatum.*
12. *Vtrum Preciſta noua opus habeat collatione ſeu inſtitutione.*
13. *An Cæſaris Preces aliquando euaneſcant.*
14. *Vtrum Cæſaris preces capiant beneficia vacantia propter crimen.*
15. *Preciſta factus criminoſus an alias preces à Cæſare impetrare poſſit.*
16. *An Cæſar Preciſtæ contrahenti matrimonium poſſit alterum ſurrogare.*
17. *An preces ſint Iuris fauorabilis vel odioſi.*
18. *Cæſari preces per Imperium conceduntur.*
19. *Quid ſi Collator non ſit incola Germaniæ & beneficia ſint in Germania illa precibus afficiantur?*
20. *Preces non capiunt beneficia extra Imperium ſita.*
21. *Etiamſi Iure deuoluto peruenirent ad ſuperiorem in Imperio exiſtentem.*
22. *Laudabile eſt beneficia Patriotis conferri.*
23. *Exteri conſilijs Principum arcendi.*
24. *Beneficiaq́ precibus non ſunt affecta.*
25. *Requiſita ad beneficium Curatum.*
26. *Secularia, & Regularia ſub precibus comprehenduntur.*
27. *Regularia beneficia non cadunt ſub expectatiuis.*
28. *Beneficia Eccleſiarum Cathedralium & Metropolitanarum ſub precibus Cæſaris comprehenduntur.*
29. *Preces capiunt dignitates.*
30. *Secus in Diœceſi Leodienſi.*
31. *Perſonatus quid?*
32. *Preces capiunt adminiſtrationes.*
33. *Preces quæ officia capiant.*
34. *Beneficia electiua quæ dicantur, & an ea cadant ſub precibus.*
35. *Preciſtæ non obtinent beneficia electiua in Patria Leodienſi.*
36. *Potentia vocis dummodo,*
37. *Dignitas maior poſt Pontificalem qui cognoſcatur.*
38. *Poteſtas dictionis prouiſio.*
39. *Quæ beneficia Iuris patronatus ſubiaceant precibus.*
40. *Preces afficiunt beneficia nedum ad collationem Capituli, ſed etiam ſingulorum de Capitulo.*

41. *Caci,*

41. *Cæci, ſurdi, muti, an ſint capaces iſtis precibus.*
42. *Preces dumtaxat in vno beneficio Collatores grauant.*
43. *Preciſta ſi ſit negligens in acceptando an excidat ſua gratia.*
44. *Monocularia beneficia non comprehenduntur ſub precibus.*
45. *Preces afficiunt Ordinarios habentes collationem 4. beneficiorum.*
46. *Cui incumbat onus probandi collatorem habere 4. beneficia.*
47. *Quid ſi vnum beneficium vniatur è quatuor.*
48. *Quid ſi vnum è quatuor ſit ad collationem coniunctim cum alio.*
49. *Quid ſi Collator vnum tantum in Imperio habeat, plura extra Imperium.*
50. *Delegatio ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem.*
51. *Priuilegium conceſſum dignitati tranſit ad ſucceſſorem.*
52. *Imperator priuilegio precum primariarum in præiudicium ſucceſſorum renuntiare non poteſt.*
53. *Quomodo cognoſcatur priuilegium reale, vel perſonale.*
54. *Priuilegio conſiſtenti in facultate non præſcribitur.*
55. *Variatio reprobatur in Iure iuxta prouerbium Italicum.*
56. *Papa nunquam intendit ius quæſitum tollere.*
57. *Patronus Eccleſiaſticus in præſentando variare non poteſt.*
58. *Patronus laicus plures præſentare poteſt.*
59. *Prima Principis donatio poſteriori præualet.*
60. *Stylus Romanus facit Ius.*
61. *Ante expeditionem litterarum gratia dicitur informis, & imperfecta.*
62. *An collatione de ſtylo communi moderno in requiratur ſcriptura.*
63. *Collatio habens horam præfertur collationi non habenti horam.*
64. *Deciſio Caſſadori.*
65. *Acceptatio facta in partibus cum certa hora præfertur factæ in Curia eadem die.*
66. *Horæ appoſitio vincit clauſulam anteferri.*
67. *Horæ appoſitio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*
68. *Collatio copulatiua fieri non debet.*
69. *Habens facultatem nominandi, illam à ſe non abdicat ſi nominatio non fuerit ſortita effectum.*
70. *Turnus non conſumitur ſi præſentatus cedat vel decedat ante inſtitutiones.*
71. *Deciſio Putei.*
72. *Delegatus datus ad conferendum beneficium nulliter conferens po-*

teſt iterum conferre.
73. Cæſar non confert ſed mandat recipi.
74. Laicus non confert niſi ex priuilegio vel Indulto Apoſtolico illi competat.
75. Fœminæ poſſunt ex priuilegio conferre.
76. Princeps rem ſemel vni donatam alteri dare non poteſt.
77. Penſio Eccleſiaſtica extinguitur per militiam.
78. Preces ſunt iuris fauorabilis.
79. Commiſſio facta dignitati tranſit ad ſucceſſorem.
80. Laudatur Leodienſis Ciuitas à pietate & religione, & Cleri frequentia.
81. Textus Conſtitutionis Pij V.
82. Beneficia creata poſt preces Cæſareas an in ijſdem comprehendantur.
83. Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non comprehenduntur ſub diſpoſitione precum.
84. Ex appoſitione manus Pontificis beneficium ita manet affectum vt nullus inferior ſe circa illud poſſit amplius interponere.
85. Coadiutor deputatus cum futura ſucceſſione non eget alia collatione.
86. Solus Papa deputat Coadiutores cum futura ſucceſſione.
87. Coadiutoriæ expeditæ de conſenſu Coadiuti ſunt fauorabiles.
88. Coadiutoriæ cùm futura ſucceſſione non cadunt ſub indulto facultatis artium Louanienſium.
89. Deciſio Rotæ ſuper eadem materia.
90. In Patriâ Leodienſi preces non capiunt dignitates electiuas.
91. Conſtitutio Vrbani VIII.
92. Sixtina Conſtitutio concedit Præpoſitis electis in Patria Leodienſi adminiſtrationem ad ſex menſes.
93. Conſtitutio Sixtina.
94. An ius patronatus competens alicui Confraternitati ſit laicum, vel Eccleſiaſticum.
95. Clauſula aliqua ſuper eo.
96. Cæſar non confert ſed facit vt vnus recipiatur.

Sectio II.

Sectio II.

HInc eſt quod tuæ Celſitudinis ſupplicationibus inclinati di-cta authoritate præſentium ſerie, eidem T. C. concedi-mus, & indulgemus, quod ſi [a] *per te quibuſuis Collato-ribus ſeu Collatricibus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſecularium, & regularium, ordi-num quorumcumque per S. Romanum* [b] *Imperium videlicet conſtitu-torum, etiamſi qui, vel ſi quæ ex illis Pontificali, ſeu alia quauis dignita-te præfulgeant, ſeu Collegia, Capitula & Conuentus fuerint, ſuper ſingu-lis Eccleſiaſticis, cum* [c] *cura, vel ſine cura,* [d] *ſecularibus, vel ordinum huiuſmodi regularibus* [e] *in ſingulis Cathedralibus, Metropolitanis, vel Collegiatis vel alijs quibuſuis Eccleſiis, etiamſi beneficia huiuſmodi, Canonicatus, & Præbendæ,* [f] *dignitates,* [g] *perſonatus,* [h] *admini-ſtrationes, vel,* [i] *officia in eiſdem Cathedralibus, etiam Metropolita-nis, & Collegiatis, & ipſæ præbendæ in illis, & huiuſmodi Eccleſiis, in quibus maiores vel minores præbendæ eſſe noſcuntur, etiamſi maiores fuerint, & ad dignitates perſonatus adminiſtrationes, vel officia huiuſ-modi conſueuerint, qui per* [k] *electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum:* [l] *dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropo-litanis poſt Pontificales* [m] *maiores aut Collegiatis huiuſmodi* [n] *princi-pales non exiſtant ad eorumdem Collatorum, & Collatricum* [o] *Collatio-nem,* [p] *prouiſionem,* [q] *præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, communiter* [r] *vel diuiſim pertinentibus,* [s] *ſingulis per-ſonis conferendis, ſeu ſuper hoc quod perſonæ huiuſmodi ad illa reci-piantur, & admittantur, Preces porrigi, ſeu de perſonis eiſdem ad hu-iuſmodi beneficia nominationes fieri contigerit primarias, ijdem Collato-res & Collatrices (ſaluo quod ſingulæ Collationes & ſingulæ Eccleſiæ, ex hoc vltra quam in* [t] *vno beneficio non grauentur, ac ipſi Collatores, & Collatrices ſaltem* [u] *quatuor beneficia Eccleſiaſtica conferre habeant) huiuſmodi precibus & nominationibus parêre & intendere, nec non per-ſonas ipſas ad huiuſmodi beneficia,* [x] *poſtquam ipſis de illis canonicè prouiſum fuerit, iuxta earumdem Precum, aut nominationum tenorem, recipere, & admittere debeant & etiam teneantur.*

SCHOLIA IN SECTIONEM II.

QVOD SI PERTE) Hic incipit exordium conceſſionis Precum, & aduerte quòd non ſolùm nominati per Cæſarem gaudent hac prærogatiua Precum, [a] ſed etiam nominati per eum cuius illud per Cæſarem ceſſum eſt. Vnde nominati à Sereniſſimo Electore Colonienſi Principe, & Epiſcopo noſtro clementiſſimo cenſentur nominati à Cæſare, quia nominatus de mandato alterius, cenſetur nominatus à mandante, *Feli. in repert. in verbo nominatus de mandato.* Sed an contra Cæſarem poſſit cadere præſcriptio ſi indulto nominationum non vtatur? Negatiuè reſpondeo, quia contra, [b] priuilegium conſiſtens, in voluntate priuilegiati, non currit præſcriptio, ſi non fuerit vſus priuilegio, dummodo tamen alij fuerint vſi, *Cald. conſ.* 1. *de Præſcript. not. in c. vt priuilegia, de priuileg.*

1. a
2. b

SECVNDÒ quæritur, vtrum Imperator qui vnum nominauit, [c] variare poſſit? & videtur quod non: nam in fortioribus terminis, ſi Papa contulerit duobus, & declaret poſtea quod intendit, & intendebat ſecundo conferre, & non primo, ea declaratione non obſtante iudicabitur pro primo *Rebuff. ad reg.* 17. *Cancell. de non toll. in quæſit. in pr.* Secundo facit, quod illuſio & variatio in Principibus, & perſonis grauibus vt plurimum damnatur, *Clem. cum illuſio, de renunciat. Rota deciſ.* 33. *num.* 17 *&* 18. *de præbend. in antiq.* 10. *Monac. in cap.* 1. *num.* 21. *de conceſ. præbend.* debet enim Princeps eſſe conſtans & immobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in cœlo, & vnum dumtaxat calamum, & vnam linguam habere, & non plures, *Philip. Probus in Reg. Fruſtra num.* 5. *de reg. iuris in* 6 *Mart. Laudenſis tract. de principibus quæſt.* 258. Tertio facit, quod Nominatio Cæſaris habet vim præſentationis, vigore cuius Prælatus tenetur inſtituere præſentatum, *cap. decernimus* 16 *quæſt.* 7. dicitur enim nominatio quædam gratia ſeu beneficium quod decet eſſe manſurum, *reg. Decet, de Reg. Iuriſd in* 6. Ideoque videtur quod Cæſar poſtquam aliquem Clericum nominauit Collatori, quod non poſſit reſilire à ſua nominatione, *ex dictis & notatis per Gloſ. in pragm. ſanctio. tit. de collatio. verbo nominare.* Pro contraria tamen ſententia non deſunt argumenta, & in primis videmus quod legatus, qui reſeruauit ſibi

3. c

benefi-

beneficium pro certa perſona, poteſt reuocare & alteri prouidere, *vt notat Hoſtien in c. dilectus, de iure patron. Ioan. And. in cap præſenti in verbo pendente. de officio leg. in 6. Ioan. And. in addit ad Speculat. tit. de legato. §. nunc tractemus verſ. item legatus.* Secundò quia quotieſcumque quis habet gratiam vel nominationem ſuper beneficio ſibi conferendo, per illam non quæritur nominatio, ſed ſolum habet ius implorandi officium executoris, vt ſibi prouideat vel faciat ſibi prouideri, *gloſ. in cap. veniens, de Renunciat. Innoc. in cap. litteris & in cap. Conſtitutus de Reſcript. Abb. in cap. Capitulum & ſeq. de Reſcript.* Nec videtur obſtare, quod dictum eſt, nominationem habere vim præſentationis, quia id hactenus verum eſt in beneficio vacante, & ſic de re non integra; ſecus in beneficio vacaturo, quia omnes iſtæ expectatiuæ ſunt odioſæ. Nec obſtat quod in Papa dictum eſt, quia ibi res deſierat eſſe integra, & alteri ius quæſitum erat: qua de re dicam adhuc infra verſ. xvii. quæritur.

Tertiò quæritur ſi Cæſar hodie vnum nominet, & cras ſecundum, qui curet ſolemni ritu litteras Cæſareas expediri, an hic ſecundus primo præferatur? Minimè; quia ſcriptura non eſt de eſſentia gratiæ. *Archid. & Ioan. And. in proœm. Sexti decretalium, Abb. in cap. Noſti de electio.* Confirmatur, quia imperialis ſanctio non indiget ſcripto, *L. ſancimus §. exceptis C. de donatio.* Præterea quæcumque in præſentia principis diſponuntur, ſiue illa ſcripta ſint, ſiue non, ſeruanda ſunt *cap. Inſtitutionis 25. quæſt. 2. §. perficiuntur Inſtit. de Donatio.* Inſuper valet collatio facta de Eccleſia etiam ratione proprietatis ſine ſcriptura, ſi prius verbo conceſſit Princeps & poſtea confirmat per litteras ex interuallo, vnde videtur approbare & confirmare litteris, quod prius declarauit verbo, [d] & ſic quod Princeps donauit in continenti, etiamſi nullæ litteræ ſecutæ ſint, vel ſigillum appoſitum, valet collatio, *Abb. in c. cùm conueniſſent, in 2. nota de Reſtit. ſpol.* Denique, facit textus in Clem. Dudum § nos idem vbi text. æquiparat priuilegium, & gratiam conceſſam verbo vel ſcripto, ergo idem videtur dicendum in præſenti caſu. Poſtremò, ſi Princeps qui fecit gratiam verbo, moriatur, executio pertinebit ad illius ſucceſſorem, *cap. in litteris de Reſcriptis.* Hinc extat Regula Cancell. Rom. 9. de litteris in forma Rationi congruit, expediendis; qua ius conceſſum ſupplicanti per ſignaturam Papæ non expirat eius

morte.

morte, etiamſi bullæ non fuerint expeditæ, qua de re latius ſcripſi in commentarijs ad Regulas Cancell. In oppſitum tamen militant iſta: primò, quia qui non habet litteras expeditas, nihil habere videtur, ſi ſolum oraculum viuæ vocis habeat: nam in conceſſione dignitatis vel officij, quam facit Princeps, debet eſſe ſacrum Principis autographum *L. ſacri affatus C. diuerſ. Reſcript. L. probatorias, Cod. de diuerſ. off.* Secundo, facit illud Baldi *in L. nec exemplo in fi. C. de probatio.* Quod Rex vel Princeps habet ſigillum authenticum cum ſcriptura ſolemni quando aliquid confert, vel donat, vt oſtendatur potentia Regis alias non eſſet niſi ſcriptura priuata, vel propoſitum in mente retentum, quod nihil operatur. Pro ſolutione dicendum eſt, modò iam dicta vera eſſe quoad ſubſtantiam ſeu validitatem gratiæ, ſed quoad illius probationem ſcriptura neceſſaria eſt, per not. Mohed. *Deciſ. 9. num. 1. vt l. te pendente,* Rebuff *in concordata, tit. de mandatis Apoſt. §. 1. verbo litteras, & in praxi in 2. part. ſignat. num.* 15. *in pr.* Quod adeò verum eſt vt ne quidem proficiat inſcriptio in Rotulo CAESAREO, quia ex eo non acquiritur ius in re nec ad rem, cùm ſit tantùm nuda annotatio ad Principis memoriam, ideòque ſic inſcripti, & nominati, expectantes dicentur, non prouiſi. *cap. vlt. de conceſſ præbend.* Quam concluſionem etiam veram eſſe in Regaliſta ſcribit ARNVLPHVS Ruzeus *in ſuo tract. Regaliorum.* vt ſi v. g. Rex hodie conferat beneficium vacans in Regalia, nec tamen expeditur prouiſio ſub ſigillo Regio, & nihilominus, craſtina die alteri conferat, qui habeat ſubſcriptionem Notarij, ſigillumque appenſum in diplomate, valebit prima gratia, quantumcumque non fuerit in ſcriptis redacta: nec ſigillum Regis appoſitum, atque ita fuiſſe Iudicatum per Arreſtum *die 3. Decemb.* 1390. refert idem Ruzeus.

5. QVARTÒ quæritur, quid ſi duo de eadem temporis data concurrant, vter potior? Concluſio I. Si in vna ſit dies & hora, in alia ſolùm dies, ſ præferetur is qui habet horam: quia in temporis incertitudine is præferendus eſt, qui probat tempus præciſum & determinatum, *DD. l. de rebus C. de donat. ante nupt. Feli. cap. paſtoralis, col. 3. verſ. ratione vnius horæ, de Reſcrip.* SECVNDA Concluſio In concurrentibus vigore collationis eodem tempore duobus factæ is præfertur, qui eſt in poſſeſſione, *cap. ex litteris de probat. Bart. l. 1. §. non*

autem ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. idque niſi ex ordine ſcripturæ, qui in Cæſaris Cancellaria obſeruatur, conſtet vter prius in album Preciſtarum ſit relatus, qui enim prior eſt in ſcriptura, cenſetur eſſe prior in tempore, *L. quoties C. de vſuſfructu. L. Seruus ex his communis ff. de ſtipulat. ſeruorum.* Si autem ex ordine ſcripturæ prioritas diſcerni non poſſit, conſulendus erit Cæſar, qui vtramque gratiam fecit. Tertia Concluſio: Si vnus ſit nominatus à Cæſare, alter ab eo cui Cæſar hac in re partes ſuas commiſit, nec conſtet de temporis prioritate, præferetur is qui à Cæſare eſt nominatus, *c. ſi à ſede de præb. in* 6. Nam & in collatione Epiſcopi ac Vicarij eodem tempore facta, præfertur Epiſcopi, tanquam dignioris, *Calderinus conſ. 2. de officio Vicarij, d. cap. ſi à Sede.* Et ſicuti Papa conferendo beneficium, videtur alteri poteſtatem conferendi abſtuliſſe, *cap. vt noſtrum, vt Eccl. beneſ. ſine diminut. conferantur*, ita & Imperator. Papa enim & Imperator fraternizant, *vt oſtendit Eraſmus à Chokier frater meus in ſuo tract. de Iuriſdict. ordinarij in exemptos part. 4. quæſt.* 13. Quarta concluſio: Qui prius executori præſentat diploma Precum Cæſarearum, præfertur alteri cui de eadem data facta eſt collatio, *Rota deciſ.* 100. *Item ſi vnus, in No. Feli. in d. cap. Capitulum Sanctæ crucis, de reſcript. Arnulphus Ruzeus tract. Regaliorum priuilegio* 46. *num.* 10. *in fin.* quod latius oſtendo ad Reg. XV. Cancell. de *Concurrentibus in data n.* 48. *& ſeqq.* Sed quid ſi Preciſta poſt acceptatum & collatum ſibi ab executore beneficium perdiderit diploma ſuarum Precum, an poſſit beneficium cum ſola collatione retinere? pro affirmatiua reſpondit Feli. *in c. in noſtra verſ. Spoliatus in fi. & ibi Ant. de But. de reſcript.* nam collatio conſeruatur ſine litteris Nominationum *per c. Cum olim* 1. *de priuileg. glo. in c. Sane de Renunciat.* Quinta Concluſio: Præferri debet is alteri, in cuius diplomate inſerta eſt clauſula *motus proprij, arg. cap. ſi pluribus, de præbend. in 6. Ruzeus vbi ſupra num.* 12. vel clauſula, ETIAMSI ALTERI CONTVLERIMVS: ea enim denotat gratiam alterius eſſe poſteriorem: quia cùm in diuerſis ſcripturis concurrit gratia & habitus priuatio ſemper præſumitur poſterior, *Bald. cap. 2. de off. deleg.* & proinde ratione iuris primò quæſiti, ab eo ius tolli non poteſt *L. id quod noſtrum, ff. de Regulis Iuris.* Sexta concluſio: Si Cæſar vnico verbo primarias nominationes duobus conferat, *g* neutra collatio valet, nam ad validitatem cuiuſlibet actus duo requiruntur, voluntas, & poteſtas *cap. cum ſuper Abbatia de off.* g

de leg. vbi Bald. & Decius facit textus in cap. ad hæc, il. 1. ibi, poteſt ſi voluerit, de appellationibus. In Cæſare autem duobus eodem actu conferente deficit poteſtas, per Iuris theoriam, ubi non aſſiſtit iuris potentia, inanis eſt voluntas. *Bald. in l. nolle, ff. de acquirenda hæreditate*, ergo ſi deficit poteſtas, ſequitur nullitas, cum illa duo copulatiuè requirantur. Ideò neceſſariò debent adeſſe illa duo, *Philip. Probus tractat. iuris Regaliæ quæſt.* 28.

6. QVINTO quæritur ſi Preces conceſſæ alicui non fuerint ſortitæ effectum, vt puta ob mortem Preciſtæ, an Cæſar poſſit alium nominare? videtur quod ſic: quia Indultum illi datum eſt contemplatione ſuæ perſonæ, aut dignitatis CÆSAREÆ, ideò per primam collationē poteſtas conferendi non eſt extincta, *gloſ. in pragm. ſanct. tit. de part. poſſeſſ. verbo beneficium.* Secundo, quando actus non habet effectum ſecundùm intentionem diſponentis, non reſtringitur ad vnum actum, ſed de vlteriori actu ſemper intelligitur, donec res ſortiatur effectum. *Bald. in L. inuitus in fi. C. de procurat. Anaſtaſ. Germonius tract. de Indult. Cardin. § volumus autem, num.* 49. vbi ex Geminia, *in cap. ſi compromiſſarius, §. & idem de Electio.* ſcribit quòd
b. commiſſio alicui facta de prouidendo [b] intelligi debeat cum effectu; Confirmatur per notata Io. Mon. *In cap. ſicut num. 9. de verb. ſignif. in 6. quem ibi ſequuntur Io. And. & Domin.* vbi ſi Epiſcopus habet priuilegium cum temporis præfinitione, vt poſſit eligere quatuor clericos ſuis obſequijs inſiſtentes, qui percipiunt fructus ſuorum beneficiorum in abſentia, illoſque eligat, demùm alter eorum cedit, vel decedit, certo loco illius alium poteſt ſurrogare, *l. ſi, ut, §. in annos 2. reſp. ff. quib. mod. vſuſructus amittatur, Staphil. tract. de prærog. expectat.* Probatur inſuper à ſimili; nam patronus laicus poteſt plures præſentare, donec actus fuerit plenè conſummatus, *Abb. in cap. quanto Col. C. de Iudic. gloſ. in Clem. 1. verb. ſimul vel ſucceſſiuè eodem tit.* Neque præmiſsis aduerſatur, quòd omnis diſpoſitio intelligenda ſit de prima vice, *l. boues, §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* quia Cæſar non intendit niſi ſemel conferre, dummodo plenè & effectualiter contulerit, & hoc eſt potiùs accumulatio ad primum ius, quàm variatio. Quæ concluſio etiam obtinet in iure Regaliæ, quo Rex Galliæ toties conferet, quoties vacauerit, donec & quouſque ius ipſum Regaliæ plenè ſit ad effectum deductum, *Arnulphus Ruzæus tract. Iuris Regaliorum priuileg. 2. num. 5. & ſeqq.*

SEXTÒ

Sextò quæritur, an ſi beneficium, ad quod Preciſta nominatus eſt, eidemque exinde collatum, fiat litigioſum,& pendente lite Preciſta moriatur, aut iuri ſuo cedat, Cæſar poſſit alteri Preces conferre, ſeu alium ſurrogare? Ita videtur,argumento ducto à Regaliſtis ad Preciſtas, *Philip. Probus tract. Regal. quæſt.* 30. qui vtitur hac ratione: De iure enim communi videmus,quod ſi electus lite pendente moriatur, aut cedat, vel electioni non conſentiat, electio ad eligentes reuertitur, *cap.* I. *de reſtit. in integrum*, *& cap. ſi electio de electio, lib.* 6. & licet hæc iura loquantur in electionibus, idem tamen dicendum in collationibus, *cap.* I. *vt lite pendente in* 6. quia ſi pendente lite alter collitigantium moritur, collatio ad eum, qui priùs iure proprio non deuoluto contulerat, reuertetur: Nec refert quod iſta iura loquātur in Collatoribus Eccleſiaſticis, quia idem obſeruari debet in Cæſare,qui ius ſuū metitur à Papa, *l. qui in alterius ff de Reg. iuris*, à cuius Indulto fit,vt beneficiū ſit illi affectū, quoad vſque collatio per ipſum facta fuerit ſuū plenum & pacificū ſortita effectū, vt prædiximus. Nā aliâs Preciſta nunquā eſſet pacificus, quia ordinarij Collatores (qui cane peius & angue odio habent Preciſtas) moleſtias sēper exhiberēt Preciſtis non facturi ſi videant,quod ſi lite pendēte moriantur, collatio precum Primariarū ad Cæſarē reuertatur. Quæ etiā ratio militat in Regaliſta, vt ſi is lite pendente cedat, Rex poſſit beneficiū litigioſum conferre, nec dicetur bis contuliſſe, quia hæc collatio eſt quædam ſurrogatio, quæ cenſetur eadem cum prima. Sed hoc Galli notent, quos remitto ad Philip. Probum *tract. iuris Regal. quæſt.* 30. 7.

Septimò, præcedenti quæſtioni affinis eſt iſta, ſi Preciſta repudiet gratiam, an Cæſar poterit iterum conferre? Præmitto, repudiationem gratiæ fieri dupliciter, facto,& non facto: facto fit, quando Preciſta expreſſis verbis iuri ſuo renunciat, non facto verò, quando ob negligentiam inducitur præſumpta renunciatio: vt pote ſi intra menſem non acceptet, vt hic ſtatuitur, quando enim quis tenetur ad factum limitato tempore, ſi non facit, probatur negligentia, & ex ea tacita iuris renunciatio, *L.* 3. *§. ſi ad diem ff. d re militari*, *l.* 2. *§ ſed ſi quis. ff. ſi quis cautio.* Quæ etiam elicitur ex eo, cùm primus impetrans ſic dimittit, vt conferatur beneficium ſecundo impetranti, ita quod procedatur ad executionem illius collationis, tunc enim dicetur conſtitutus in notabili negligentia, *text. in c. ibi qui, de reſcri. in* 6. *in c. ſi clericus, verbo, negligenter petere diſtulerit, de præbendis in* 6. 8.

Abb. & Fely. in cap. Cæterum, in cap. ad audienam 2. & in cap. Capitulum ſanctæ crucis, de reſcriptis. Si itaque Preciſta repudiet vno ex iſtis modo, poterit liberè conferre, & iterum ſi is repudiet alteri,
i *i* donec Preces plenum ſint ſortitæ effectum, *Prolus tract. iuris Regal. quæſtio. 30. conferunt quæ ſcribit Simonetta de Reſeruat. beneficiorum, quæſt. 58. & ibi Granut.*

9. OCTAVÒ quæritur, an Cæſar Primarias Preces concedendo, poſſit immutare naturam beneficij? diſtinctione quæſtio hæc terminatur; aut enim CAESAR confert vti patronus: aut vt non patronus: priori caſu poteſt qualitates & conditiones tempore fundationis appoſitas in totum tollere, vel ſaltem alterare, *Abb. in cap. illud in fi. de Iurepatron. gloſ. in cap. memini 18. quæſt. in verb. liberam facultatem loco religioſo Hoſtien. tit. de Iure patronat. §. qualiter transferatur, verſ. vocatione, Calder. conſ. 4. de Iure patronat.* Accedit quod fauore fundatorum introductum eſt, in eorum odium non debet retorqueri, *Reg. quod in fauorem, de Reg. Iur. in 6.* In fauorem autem eorum introductum eſt, ne quod extremis illorum elogijs ordinatum eſt, facto, & ordinatione alterius euertatur: atqui in odium fundatoris vel hæredum redundaret, ſi quod ordinârunt, mutare aut tollere non poſſent. Denique facit quod Hoſtien. ſcribit *in cap. cùm. acceſſiſſent, de conſtitut.* quod ſola authoritas & conſenſus fundatoris vel eius hæredis ſufficit ad hoc, vt tollatur natura, & conditio aut inſtitutio in ipſa fundatione appoſita: cui aſtipulantur Abbas, & Imò. dicentes, quòd ſi in inſtitutione beneficij collatio eſt facienda Presbytero, poteſt cum licentia patroni ſuper hoc diſpenſari. *Idem Abb. in cap. fin. de Clericis non reſiden.* Nec obſtat ſi dicatur qualitatem illam puta Theologalis præbendæ, vel aliam extingui, quia ſuſpenditur dumtaxat ad tempus: nam prima poſtea vacans extra Indultum Primariarum Precum debebit Theologo aſſignari, & idem die in ſacerdotali, *per not. Philip. Probi, tract. regal. quæſt. 21. num. 3.* Secundò verò caſu dicendum eſt, Cæſarem ius iam acquiſitum Eccleſiæ tollere non poſſe, eſſet enim ſpecies alienationis, *Abb. in cap. cum dilectus de conſuet.* Accedit quod limitata poteſtas tranſit cum ſuo onere; *cap. ex litteris de pignoribus.* Hinc ſcribit Panorm. *in cap. ne pro defectu, & in cap. cum Magiſtrum, de electionibus*, quod tenetur prouidere ſecundum qualificationem, quâ tenebatur collator ille ſuperior, ad quem ſit poteſtatis deuolutio, *gloſ. in pragm. ſanctio, in §. quod ſi quis, in verbo ad proximum*

mum ſuperiorem, tit. de collationibus, vbi dicit quod quando deuoluitur poteſtas alicui, tenetur prouidere hominibus illius qualitatis, ſecundum naturam inſtitutionis beneficij. Poſtremò faciunt Notata Baldi *in L. ſi quis ad declarandum, Col. 3. C. de Epiſcopis, & Clericis,* quod vbicumque diſpoſitio teſtatoris eſt certa, reſpectu cauſæ, perſonæ & loci; nunquam poteſt alterari, *vt eſt textus expreſſus in Clem quia contingit, de religioſis domibus, Arnulphus Ruzaus tract. regalicrum, priuilegio 49. n. 11.*

NONÒ quæritur, an Cæſar Nominationibus poſſit apponere conditionem? Videtur quòd non; quia inferiores Collatores debent beneficia conferre purè, *DD. L. fin.* C. *de pactis, cap. quæſitum, de rerum permut. cap. 2. de Electio. in 6.* quod hactenus verum eſt, niſi adijciatur conditio, quæ de iure ineſt. *Abb. in cap relatum, de præbend. & in capit. olim 1. de reſtitut. ſpol.* Hinc dicit Baldus *in cap. ſignificaſti, de præbend.* quod ſi Epiſcopus contulit vnam Eccleſiam curatam ſub conditione ſi reſignauerit primam, ſubſiſtat talis collatio, quia hæc conditio tacitè ineſt. *cap. de multa, de præbend.* 10.

DECIMÒ quæritur an ſi Preciſta ſit nominatus ad ſimplex beneficium, poſſit illud acceptare ſi fuerit erectum in curatum? Oldrard. *conſi.* 58. & Ancho. *in Clem. Vnica, num. 37. de Conceſſ. præben.* reſponderunt negatiuè: quia omnis diſpoſitio intelligenda eſt rebus ſic ſtantibus, *L. continuus, §. cum quis, ff. de Verb. oblig. L. cum quis, de Solutio. L quod Seruius ibi gloſ. de Condit. & demonſtr. Dec. con. 335. num 3. Alex. conſ. 71. num. 8. lib. 5. Pariſ. conſ. 34. num. 13. lib. 2.* Ego tamen aliud ſentio; cùm Indultum comprehendat etiam beneficia curata: in quo eſt etiam attendenda obſeruantia: Facit deciſ. Rotæ *Apud Illuſtr. Cardinal. Seraphinum de anno* 1601. *Mercurij 5. Decemb.* in qua fuit dictum quod per mutationem non extinguitur priuilegium quod eſt compatibile cum ſtatu immutato; ſecus ſi ſit incompatibile: & in his terminis procedit regula illa, quod diſpoſitio illa intelligitur rebus ſic ſtantibus. 11.

VNDECIMÒ quæritur, an Preciſta vltra Cæſaris Nominationē, *k* noua opus habeat collatione ſeu inſtitutione ab Ordinario beneficij Collatore? Pro cuius reſolutione primò ſciendum, Beneficium Eccleſiaſticum non poſſe licitè obtineri ſine canonica inſtitutione, vt habet iuris Regula, Canonica autem inſtitutio ea appellatur, in qua omnia ſubſtantialia validæ inſtitutionis largo modo ſum- 12. k

præ concurrunt, id eſt collatio, inueſtitura & in poſſeſſionem inductio, & decens perſonæ habilitas, tam ex parte conferentis, quàm ex parte illius, in quem collatio facta eſt.

Verùm in ſubiecta materia inſtitutio accipitur pro receptione, & admiſſione iuris alicuius collatiua, quæ fit ad præſentationem Precum Cæſarearum, & hæc receptio trahit ſecum canonicam inſtitutionem, & effectum poſſeſſionis iuris, nec alia vlterius indiget alicuius opera vel gratia, niſi ad actum poſſeſſionis corporalis, in qua tantùm conſiſtit executio facti, *Rota decis. 441. fuit dubitatum, aliàs 16. de conceſſ. præbend. Wameſ. conſil. 247. num. 27. de præbend.*

Quæ ſanè interpretatio egregiè fulcitur verbis Indulti Pontificij in ſectione 11. in fin. ibi: NEC NON PERSONAS AD HVIVSMODI BENEFICIA POSTQVAM ILLIS IPSIS CANONICE PROVISVM FVERIT IVXTA EARVNDEM PRECVM AVT NOMINATIONVM TENOREM RECIPERE ET ADMITTERE DEBEANT ET ETIAM TENEANTVR. Ex quibus verbis non obſcurè patet mentem fuiſſe Smi. vt demum ordinarij beneficiorum, ad quæ per Cæſarem nominari quem contigerit, demum teneri recipere, poſtquàm canonicè illis prouiſum fuerit. Quod habet ſummam æquitatem. Neque enim laici, quantacumque dignitate
l præfulgeant, [l] ius habent inſtituendi, nec mittendi falcem in meſſem miniſtrorum Chriſti, *cap. ſiquis deinceps, 16. quæſt. 7. cap. quiſquis, c. Meſſana de electio. Rebuff. ad concord. tit. decollatio §. 1. verb. Prædicationis actum.* Hic autem inſtitutionis actus per Epiſcopum ſeu alium ordinarium Collatorem non per litteras miſsiuas fieri debebit. ſed per litteras patentes, quæ faciunt fidem in iudicio, non etiam litteræ miſsiuę, *Ioan. And. poſt Hoſtien. in c. patentibus litteris, nu. 1. not. 1. de priui'eg. & ibi Anto. de But. num. 7. cap. 1. ibi, per eius patentes litteras de tempore ord. text. in cap. 2. de off. ordin. Rota Deciſ. 20. in Cantiq. aput a quē. Deciſ. 360. n. 6 ibi, in certis litteris patētibus, parte 2.* Quod intellige, quando litteræ clauſæ non apparent authenticæ, vt quia remotum vel fractum eſt ſigillum, aliàs ſecus, *arg. cap. inter dilectos, §. præterea, de exceſſ. prælat. cap. cum olim 2. de off. deleg.* Tamen melius eſt, vt litteræ patentes conficiantur, cùm litteræ clauſæ hoc habeant inconueniens, quod ſigillum de facili rumpitur, remouetur, ſeu frangitur tempore apertionis, vt dicunt Hoſtienſ. & Anto. de But. *in d. c. patentibus litteris*. Sed quid ſi Ordinarius recuſet inſtituere?

ſtituere? Preciſta tanquam ad ſacram anchoram confugiet, ad Executorem per Cæſarem datum, qui vel eum inſtituet inducendo illum in poſſeſſionem intra menſis ſpatium, quòd inductio in poſſeſſionem habeat vim prouiſionis, *teste Staphil. de litt grat. tit de vi & effectu c'au. verſ. ſexto quæritur, Rota d. ciſ. 441. incip. fuit dubitatum*, vel ordinarium per cenſuras compellet, vt habetur in Indulto Sectio. IV. ibi: *Conferre & aſſignare, nec non omnia & ſingula quæ ad hoc, vt Precum ſeu Nominationum & acceptationum & collationum huiuſmodi ſuccedant effectus oportuna fuerunt facere authoritate noſtra, per cenſuras Eccleſiaſticas exequi poſſint. & valeant &c.*

DVODECIMO quæritur, an Imperator ante confirmationem à Papa poſſit Preces Primarias concedere? quæſtionem hanc malo proponere, quàm decidere. Videatur Cardinalis Tuſchus *tract. com conclus. tom. 4. concluſ. 39. per tot. Azorius lib. 10. Inſt. moral.*

DECIMO-TERTIÒ quæritur, an Cæſaris Preces quandoque euaneſcant? Ita, & quidem ex parte Cæſaris, vt ſi Papa priuilegium ſeu facultatem illi conceſſam reuocet: Papa enim poteſt reuocare omnia priuilegia conceſſa Principibus ſecularibus, etiam non ſubiectis, quando conceſſit eis Eccleſiaſtica vel Spiritualia, quia quoad conceſſa, ſunt effecti ſubditi Papæ; *Gemini, conſ. 74 num. 10. & ſeq.* maximè quando ſunt quæſita ex præſcriptione *Natta conſ. 511. & 512. per tot Ant Gabriel lib. 3. commu. concluſ. tit. de Iure quæſito non tollendo. Card Tuſchus tract. com. concluſ. iuris 761. in fi. c. pen. de præbend. in 6. cap vlt. de conceſſ. præbend. Hippol. de Marſilijs ſing. 166. verbo Inconſtantia.* Quod hactenus intelligo, dummodo ſubſit cauſſa: nam quando Princeps bene merito donat, ſeu aliquid concedit, vt facit Cæſari, non debet facultas huiuſmodi [m] ſeu donatio ab ipſo auferri ſine cauſſa; vt multis auctoritatibus probat Mandoſ. *ad reg. xi. Cancell. n. 7* Ex parte Preciſtæ, ſi is ſuis nominationibus renuntiauerit, *v. Rebuff quæſt. vlt. num. 17. in tract. nominat.* 13. m

DECIMO QVARTÒ quæritur, an Cæſaris Preces capiant beneficia vacantia ob crimen? diſtinguo. Aut ſunt beneficia vacantia ipſo iure, nimirum propter crimen aſſaſinij, hæreſis, ſimoniæ & aliorum (de quibus ſigillatim ſcripſi ad Reg. VIII. Cancell. 7. gloſ.) quæ inducunt vacationem ipſo iure, & dubium non eſt, quin eiuſmodi beneficia vacantia ſub Precibus Cæſareis comprehendantur, etiamſi

ſint

14. ſint illa S. Sedi reſeruata: quia Pontifex in ſuo Indulto Cæſari conceſſo, reſeruat tantùm ſibi beneficia vacantia per conſtitutionem extrauag. ad Regimen. In quo tamen notes quod etiamſi eiuſmodi beneficia vacent ipſo iure, poſsintque Preciſtis conferri non expectata ſententia, nec vocato poſſeſſore, non poterit tamen collatio de facto exequi, nec Preciſta in poſſeſsionem realem induci, niſi prius vocato, & audito poſſeſſore, & cauſa cognita, *c. Licet Epiſcopus de præbend. in 6 Oldrad. conſil.* 226. *per tot. Baldus conſ* 135. *lib.* 4. *Carolus M. ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. *gloſ.* 3. *num.* 12. *Geminia. ad cap.* 1, *num.* 9. *de conceſſ. præbend* aut ſunt beneficia, quæ non vacant ipſo iure, ſed per ſententiam, vt homicidæ, periuri, irregularis &c. & horum beneficia non debentur Preciſtis, niſi lata priuationis ſententia, *Milis in repert. verb. Homicida.* vbi dicit, quòd irregularis non poteſt de nouo beneficium acquirere ſine diſpenſatione, ſed priùs quæſita retinet, donec priuetur per ſententiam, vt declarat Ioan. And. *in c. cum noſtris de conceſſ. præbend* & interim poterit ſi velit, reſignare, vt eſt communis ſententia, quam explico in Regul. Cancel. de Surrog. Collitig.

15. Verùm, è diuerſo quæritur, ſi Preciſta fiat inhabilis, vel irregularis, aut crimen commiſit, quod priuationem inducit ipſo iure, ſicque nominatione ſua exciderit, an is poſtea alias Preces à Cæſare impetrare poterit? Pro negatiua facit quod ſi rurſum admittatur, ludibrio erit prior priuatio, *cap. commiſſa, de Electio. in* 6 *Clem. ne in agro*, §. *cæterum de ſtatu Monach. L prætor. ff. de Iudic.* Nihilominus affirmatiua verior eſt, probaturque argumento à contrario ſenſu: nam ſi quis fuerit adeptus ſecundum beneficium incompatibile cum primo, ipſo iure eſt priuatus primo, ad quod redire non poteſt ſine noua collatione, *Extrauag. execrabilis*, § *ſtatuimus*, *de præb.* ergò à contrario ſenſu cum noua collatione redire poterit, *per cap.* 2 *de renunciat.* atque ita pari ratione poterit alias nouas Preces impetrare, earumque vigore beneficium obtinere.

16. Decimo qvintò quæritur, ſi Preciſta contrahat matrimonium, aut ſponſalia de præſenti, quo caſu Preciſta ſuis cenſetur renunciare Precibus, *gloſſ. & DD. in c. vno. de cler. coniug. in* 6. an Cæſar poſſit huic alterum ſurrogare? Ita videtur: quia quamdiu Preces non ſunt ſortitæ effectum Ius nominandi Cæſari competens non cenſetur extinctum, per ea quæ ſupra oſtendi *in gloſſ. verb. quod ſi*

ſer

per te verſ. quinto quæritur. At,quid ſi contraxerit matrimonium & non tenuerit? dicendum, Preciſtam non excidere ſuis Precibus, per Reg. non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum, *de Reg. Iur. in* 6. Imò,qui impetrauit primam vacaturam, & interim vxorem duxerit, poterit nihilominus ſi tempore vacantis præbendæ vxor ſit mortua, primam vacaturam obtinere, verba ſunt Angeli *in* §. 1. *num.* 1. *inſt. Quibus mod. ius pat. poteſt ſol.* In quo tamen ego ſubſiſto. Cæterum,quod dixi in caſum matrimonij poſſe Cæſarem Preciſtæ alterum ſurrogare: Extende 1. ſi Preciſta ſuis Precibus renunciauerit, quia poteſt quis priuilegio in ſuum fauorem introducto renunciare, *L. ſi quis in conſcribendo, C. de Epiſcopis & Clericis, cap. ſi diligenti, de foro competenti*; idque,ſiue expreſsè ſiue tacitè,quia hoc caſu tantum operatur tacitum, ſicut expreſſum, *arg. L. cum quid, ff. ſi certum petatur, & ibi latè Iaſ.* eoque caſu alterum ſurrogabit, *per prædicta.* Tacitè autem cenſetur renunciare, n ſi Preciſta efficiatur miles: qui enim arma militaria exercet, perdit priuilegium Clericorum: quia facit actum contrarium Clericatui, *Innoc. in cap.* 1. *in Audientia de ſentent. excom.* Imò perdit beneficium ſi quod habet, *Flami. Pariſ. de Reſig. benef. lib.* 1. *quæſt* 1. *num.* 22. & ita in terminis decidit Senatus Sabaudiæ apud Ant. Fabrum *lib.* 1. *defin for. tit.* 3. *defi.* 25. Idemque dicendum de milite cœleſtis militiæ. vnde ſi Preciſta cucullam monaſticam ſumat, profeſſionemque emittat, cadit iure Precum, *Probus tract iuris Regalium quæſt.* 6. poteſtque denuo Cæſar alium in eius locum ſurrogare, *iuribus dictis.* n

Decimo-Sextò quæritur, o an Cæſareæ Preces ſint iuris fauorabilis, vel odioſi? Pro affirmatiua facit quod Pontifex motus fuit ob fauorem & merita Cæſaris; vt enim ſciatur, an actus ſit fauorabilis, vel odioſus, inſpiciendum ſemper eſt an agens motus fuerit ob fauorem, vel odium? *Bald. in L.* 1. *Col.* 10. *verſ. ſed hic quæro de effectu, C. de ſum. Trinit. Bart. L. Exceptionem, ff. de cond. indebit.* Regulariterque leges, ſtatuta, priuilegia, Indulta cenſentur fauorabilia vel odioſa ex principali intentione concedentium. *Bald. conſ.* 433. *Domin. Ioan. Col.* 2 *lib* . *& in l. venia, C. de in ius vocand. Milis in repertorio, verb. Lex dicitur fauorabilis.* Denique,priuilegia Principum latè ſunt interpretanda, *L. vlt. ff. de conſtit. Princip. vbi DD.* Nominationes autem ſeu Preces Primariæ ſunt ad inſtar priuilegij, *Rebuff.* o 17.

 ad

ad Concordata, tit. de collatio. §. monemus, verbo declaramus. Verius tamen eſt Preces has Cæſareas eſſe iuris odioſi, & proinde reſtringendas; Ratio eſt, quia recedunt à iure communi: Imperator enim iure communi ius beneficia conferendi, aut ad ea nominandi iure proprio non habet, ſed ex priuilegio, *Selua de benef.* omne autem priuilegium contra ius commune ſtrictè intelligi debet, & interpretari, *c. porrò, de priuileg. in 6. Card. Tuſchus to. 6. practic. concl. concl.* 731. & omnis receſſus à iure communi eſt odioſus atque reſtringendus, *Abb. in cap. cùm dilectus, de conſuet. cap.* 1. *& 2. de filijs Presbyt. cap. quæ à iure communi, de Reg. iuris in* 6. *L. quòd vero, ff. de Legibus:* Ideoque Reſcripta, Priuilegia, Gratiæ Pontificum, in quantum à iure communi recedunt, iuris ſunt odioſi, & reſtringenda, *latè Feli. c. cauſſam quæ, de Reſcript. Ioan. Bapt. Leonellius, de ſurrept. quæſt.* 3. *art.* 7. *Tyraq. de Retract. conſang.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 180. *& latiſſimè* §. 35. *gloſ.* 1. *Rebuff. in praxi bene part.* 1. *tit. de Differentia inter priuilegium & Reſcriptum, num.* 23. *in fi.* Non obſtant in contrarium adducta: Et quidem primum. Licet enim Preces conceſſæ ſint in fauorem Imperatorum, tamen cùm concurrat etiam præiudicium ordinariorum, cenſeri debent odioſæ, quia cùm in aliqua diſpoſitione concurrit fauor, & odium, ea debet ſimpliciter cenſeri odioſa, *Ioan. And. in c. vlt. gloſ.* 5. *vbi Anchor. dominic Franc num.* 6. *de ſupplend. neglig. Prælat. in* 6. *Bald. L.* 1. *col.* 1. *verſ. Item nota quod priuilegium, ff. de conſtitut. Princip. Milis in repert. verb. lex dicitur fauorabilis, & verſ. priuilegium ſi in vno.* Sed nec ſecundum obſtat: Priuilegia enim admittunt interpretationem extenſiuam reſpectu concedentis. *Abb. in cap. olim, num.* 7. *de verb. ſignif: Iaſon. & DD. l beneficium, ff. de conſtit. Caſtren.* 2. *C. de in ius voc. vbi etiam DD. Milis in repertor. ver. priuilegium Principis contra eum.* Non etiam contra tertium, cui præter iuris communis diſpoſitionem aduerſantur DD. iam citati omnis enim à iure communi receſſus eſt odioſus, & reſtringendus, §. 1. *& 2. vbi DD. de filijs Presbyt. in 6. Abb. d. c. olim, num.* 3. *de verb. ſignif. latè Tiraq. de retract. conſang, in præfat. num.* 67. Confirmatur: quia Cæſaris hac in re poteſtas eſt extraordinaria, & ideò adinſtar Iuriſdictionis demandatæ odioſa & reſtringenda. *Nauar. conſ.* 3. *de off. deleg. gloſ. in Clem.* 2. *de off. ordin. Guitier. ad Pragm. ſanctio. titulo de collationibus, §. & quia, gloſ. verbi formam.*

DECIMO-SEPTIMO quæritur, an Cæſar Primarias Preces alicui conceſſas poſſit reuocare? diſtinguo, aut ius eſt quæſitum Preciſtæ, & non poteſt, quia licet Princeps poſſit reuocare ſine cauſſa ſuum priuilegium, *Feli. in cap. quæ in Eccleſiarum num.* 55. *verſic: ſecundo confirmatur, de conſtitut.* tamen quando Princeps alicui benemerito donat vel concedit (vt facit Preciſtis) non debet facultas huiuſmodi ſeu donatio auferri ſine cauſſa ab ipſo, *text. in L. Aquilius, & in L. ſi pater in fi. ff. de donat. Baldus in L. quæ ex relationibus* 3. *not. C. de leg. Alex, conſ.* 10. *viſis num.* 1. *lib. & conſ.* 116. *lib.* 2. *Afflict. Deciſ.* 128. *num.* 10 *Curt. iun. conſ.* 174. *in cauſſa vertente num.* 24. Dec. *conſ.* 286. *In cauſſa communitatis col.* 3. *num.* 7. Aut ius non eſt quæſitum Preciſtæ, ſed tantùm nomen in albo ſeu Rotulo Cæſaris deſcriptum eſt, & tum haud dubium, quin Cæſar poſſit reuocare. Neque enim per Inſcriptionem in Rotulo ius aliquod in re, ſeu ad rem acquiritur, ſed eſt tantum nuda annotatio ad Principis memoriam, non ex tempore inſcriptionis iuris alicuius conceſſio, ideoque ſic inſcripti, & nominati expectantes dicuntur, non prouiſi, *cap. vlt. de conceſſ. præb.* ſed in ſuſpenſo hærentes, quorum ius non eſt irreuocabile, ſed conditionale, *Wameſ. conſ* 263. *num.* 2 *&* 4 *qua de re adhuc ſupra egi, verſic Tertiò quæritur.*

PER SACRVM ROMANVM IMPERIVM) Imperatori Preces tantùm conceduntur per Imperium, quia per illud ſuperioritatem habet, non autem in alijs regnis, aut terræ dominijs, *Nauarrus in Rub. de Iudic. nota.* 3. *num.* 156. vbi reprobat illud Imperatoris Antonini: Ego Dominus mundi, *de quo in l. deprecatio,* 9. *ff ad l. Rhod. de iactu.* Dubitari interim poteſt ſi Collator ſeu Collatrix, vtpote Abbas vel Epiſcopus, aut Abbatiſſa non ſit incola Germaniæ, ſeu Imperij & habeat quatuor beneficia in Imperio, vt hic poſtea ſtatuitur, an grauari precibus poſſit? Pro affirmatiua facit quòd S. Pontifex grauet indiſtinctè Ordinarios habentes collationem quatuor beneficiorum per S. Rom. Imperium conſtitutorum, & ſic non tam reſpexit Pontifex domicilium Collatoris, quàm locum, vbi beneficia conſtituta ſunt, quod & in Nominationibus Vniuerſitatum obtinere ſcribit Rebuff. *tract. nominat. quæſt.* 15. *num.* 56. & ideò, inquit, non curo, vbi ſit Collator, dummodo beneficia in regno ſita ſint, tendant ergo retia ſua nominati, id eſt, nominationes ſuas etiam extra

18.

19.

regnum

regnum dummodo tamen beneficia in Regno ſita ſint. Quo exemplo dici poteſt, legatum à latere in Germania exiſtentem poſſe conſerre beneficia ſita in Germania etiam ſi collatores eſſent in Francia, aut Hiſpania, non enim attenditur perſona Prælati ad quem ſpectat collatio beneficij, ſed locus, vbi ſitum eſt beneficium, *Mohedanus Deciſ.* 3. *de præbend.* vbi fuit reſolutum beneficium conſiſtens extra Franciam cadere ſub concordatis Franciæ, quando collator eſt Abbas vnius Monaſterij de Francia *Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloſſ.* 10. *num.* 30. Hinc fit vt ſi quis impetrauerit à Cæſare gratiam expectatiuam, ſeu Preces ad collationem Abbas certi loci, qui ante vacationem alicuius beneficij Abbatiam cum Epiſcopatu aut alia dignitate permutauit, is benefi-

P cium eiuſmodi, quod vacabit, poſt permutationem ᵖ alio Abbate conſtituto, acceptare poterit: nimirum, quia huiuſmodi preces, & nominationes non tam Prælatis, hoc eſt, perſonis, quarum nomina, & conditiones ignorantur, & quorum nullus eſt reſpectus, dum nomine proprio non appellantur, quaſi ipſis Prælaturis fiunt, quæ non intermoriuntur, & ex perſonis ſubſtantiam omnino non capiunt. *Cynus in l. vnica, C. ſi commu. res pign. data ſu. Wameſ. conſ.* 259. *volum.*

20\. 1. Ex quibus efficio, quòd Preces Imper. non capiant beneficia extra Imperium ſita: cùm Indultum ad ea non extendatur, etiamſi beneficiarijs annexa, eſſent in Imperio nam poſtquam principale eſt extra Imperium, illius acceſſorium non debetur Preciſtis in vim Cæſareæ nominationis, *Rom. conſ.* 361. *in princ. In caſu*, vbi concludit Legatum Franciæ poſſe conferre beneficia in Francia ſita, etiamſi collatores eſſent in Hiſpania, *adde Chaſſan. ad conſuet. Burg. Rub. des cenſ.* §.

21\. 1. *gloſ. retinue, num.* 6. Et vſque adeò non debentur beneficia ſita extra Imperium Preciſtis, vt etiamſi illorum collatio iure deuoluto, ad Epiſcopum vel Archiepiſcopum in Imperio exiſtentem perueniret, nihilomagis eiuſmodi beneficia illis affecta eſſent, *Chaſſan. in Catal. conſiderat.* 32. *parte* 10. qui tamen relinquit cogitandum, quia prima cauſſa inſpicitur, *Clem.* 1. *de ſupplend. negl. Prælator.* Ego tamen non deberi puto, tum quia ipſum Indultum eſt limitatum ad beneficia in Imperio exiſtentia, ergò limitatum habet effectum, vt non poſſint Preces alia afficere, iuxta vulgarem iuris doctrinam, Limitata cauſſa limitatum producit effectum *l. in agris, ff. de acq. rer. Dom. l.*

age,

age ,vbi Baldus & Sali. in l. ſi de certa. C. de tranſ. & quæ limitata ſunt,
non debent extendi, *Bald. in l. modus, C. de ſeruit. & aqua*, tum quia
priuilegium ſuos non egreditur terminos; *Bart. in l. poſt dotem, col.*
pen. ff. ſolut. mat. Alex. conſ. 9. verſ. themate vol. 3. Hinc fit, vt legatus
non poſſit conferre beneficia extra prouinciam vacantia, etiam de-
uoluta ad Prælatum ſuæ Prouinciæ, *Brunell. tract. de poteſt. Legati,*
concluſ. 19. declar. 2. Philippus Probus tract. Iuris Regal. quæſt. 14. nu. 6.
Cæterùm, quemadmodũ Preces non capiunt beneficia extra Impe-
rium exiſtentia, ita etiam operæ eſſet pretium, vt illæ non dentur ni-
ſi Germanis, & Incolis Germaniæ; nam vt ſcribit Panorm. *in cap. ad*
decorem, de Inſtit. valdè honeſtum & fructuoſum eſt, vt quiſque in pa- 22.
tria ſua beneficium accipiat, ſic quod vnus ſtipendia, aut beneficia al-
terius non occuparet, quia per hoc non daretur materia depaupe-
randi beneficia, vt ille loquitur, cùm faciliùs Patriotæ, aut conter-
ranei, quàm exteri ad reſidentiam inducantur, quia patria vnicuique
eſt dulciſſima, *l. qui habebat, ff. de leg. 3. l. 1. ad fi. ff. de off. præſ. vrb. Ac-*
cedat, quod exteri in fundationibus, erectionibus, & donationibus
piorum locorum Imperij, manus adiutrices non porrexerunt, aut a-
liquid erogauerunt, ideò rationi congruit, vt nihil in ijs percipiant,
aut ſaltem ſi admittãtur, incolæ & patriotæ exteris non poſtponan-
tur, vt etiam oſtendit Philip. Probus *tract. iuris regalium quæſt. 35.*
per tot. Hinc Baldus prodidit *in cap. cum terra col. 2. de Electio.* quod
ſtatutum valet, quo diſponitur non valere beneficiorum collatio-
nes niſi compatriotis, & ita ſeruatur in multis Brabantiæ, Hiſpaniæ,
Galliæ, & Belgij prouincijs, 9 licet in hac patria Leodienſi omnes
admittantur, quia vt paradiſus eſt omnibus nationibus communis: 9
ita patria iſta quæ iam à 600. & amplius annis Clericorum paradiſus
dicitur, omnes ex æquo admittit, ſecuta illud Apoſtoli: IN VERI-
TATE COMPERI, QVIA NON EST APVD DEVM PERSO-
NARVM ACCEPTIO, SED IN OMNI GENTE, QVI FACIT
IVSTITIAM ACCEPTVS EST ILLI. *Actor. 10.*

Exteri tamen à conſilijs Principum arceantur, ijs de cauſſis, quas
lib. 3. politic. Aphoriſ. protuli, exemplíſque firmaui, etſi hæc ipſa 23.
ætas aliorum exemplis minus egeat, vt quæ proh dolor, a paucis an-
nis nimio iam plura produxerit.

SVPER SINGVLIS BENEFICIIS ECCLESIASTICIS) Hic

 deſignantur

deſignantur beneficia , quæ Precibus afficiuntur : quæ autem non afficiuntur, ex illis facilè intelligis: cognito enim vno contrariorum, cognoſcitur & alterum , *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Nihilominus compendij cauſa ſigillatim illa referam.

I. BENEFICIA Iuriſpatronatus Laici, vt infra noto, verbo præ-
14. ſentationem.

II. OFFICIA quæ cadunt in Laicum, vt infra dicam in verbo *officia.*

III. Non comprehenduntur hoſpitalia , *Clem. per litteras, de præbend.* quia non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, licet ſint religioſa, *Clem. quia, de religioſis Dom. Rebuff. tract. nominat. quæſt.* 15. *num.* 12. niſi tamen ſint in titulum & in perpetuum, quia tunc Precibus & nominationibus afficerentur, cùm ſint beneficia, *Selua de benef. 2. part. quæſt.* 11. *num.* 13. *in fi. Gomeſ. ad Reg. de Triennali, quæſt.* 7. vel niſi eſſent vnita alicui beneficio Eccleſiaſtico, *Sel. quæſt.* 4. *num.* 9. & idem dicendum in leproſarijs, & matricularijs, *Philip Probus tract. Regalium qu.* 9. *num.* 10. vt & de eleëmoſynarijs, *Rebuff. d. q.* 15. *num.* 16.

IV. Non veniunt ſub Precibus, & alijs expectatiuis manualia beneficia & ad nutum amouibilia, *Staphil. de litt. grat. tit. noua forma expect. num.* 29. *Wameſ. conſ.* 231. *num.* 9. *de præbend.*

V. Beneficia ſeruitoria , in quibus eſt annexum onus canendi in choro, vel canendi miſſam &c. *Staphil. de litt. grat. tit. de lit. grat. §. quinta forma expectat. num.* 6.

VI. Non comprehenduntur ſub precibus beneficia , quæ dantur ſcholaribus ratione ſtudij in aliqua vniuerſitate: cum non ſint perpetua, vt ſunt beneficia Eccleſiaſtica , *cap. præcepta,* 55. *diſtinct.* niſi tamen dentur in titulum, *Rebuff. d q.* 15. *num.* 22.

VIII. Non cadunt ſub Precibus beneficia vacantia ex cauſa permutationis, vel reſignationis ſimplicis, *textus in cap. licet , in tua, & ibi Boet. Epo. de rer. permut. in* 6. *Geminia. conſ.* 104. *Staphil. de lit. grat. de varijs mod. vacat. num.* 20. *Rebuff. d. q.* 15. *num.* 64. *Flam. Pariſ. de Reſignat. beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 28. quod intellige ſi fiat reſignatio in manibus Papæ: ſi enim fieret in manibus Ordinarij aliqua ex cauſſa , ' conſtit. 58. Pij V. quæ incipit. Quanta Eccleſiæ &c.
15 expreſſis, liberè, ac ſimpliciter , hoc eſt , non ad fauorem alicuius, tunc beneficia caderent ſub Precibus, licet fortè aliàs beneficium fe-

ret reſeruatum, modò ipſa reſignatio potuerit fieri in manibus Ordinarij, vt puta ſi facienda ſit ratione incompatiblitatis duorum Canonicatuum. *Alex. Monet. tract. de Opt. can. cap.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 127. *ſub fin pag.* 269. affertur & alia ratio, quòd vera non dicatur vacatio, niſi ea quæ euenit per mortem naturalem. *Bald. in l. qui ſit. ff. ſol. matr. gloſſ. ad pragm. ſanct.* §. *Item quod omnia gloſſ. verbi, faciendæ, tit. de collatio.* & ideò fit, quod beneficia vacantia etiam per ſimplicem reſignationem in fauorem tertij non veniant ſub Nominationibus, aut Precibus Cæſareis. *Arnulphus Ruzeus tract. regal. quæſt.* 44. Limita niſi permutatio fieret in fraudem, v. g. ſi ſenex in infirmitate permutet cum nepote pingue beneficium, cum tenui, talem enim permutationem nullam declarauit Pius IV. *in conſtit. publicata anno* 1564. *Januarij* 27. & Senatus Pariſieñ. ad Paponem *lib.* 2. *arreſt. tit.* 7 *arreſt.* 1. quâ de re plura ſcripſi in tractat. permut. *part.* 3. *cap.* 1. *per tot.*

XI. / Nec beneficia creata poſt PRECES CÆSAREAS, *Wameſ. conſ.* 242. *num.* 4. *de præbend.* Si enim PAPA concedat alicui, vt conferat primum beneficium vacaturum, non poterit conferre beneficium de nouo creatum. *Collecta. in cap. in noſtra Col. de Reſcript. Rebuff. d. quæſt.* 15. *num.* 44. In oppoſitum tamen facit, quod ſatis ſit, quod beneficia reperiantur tempore vacationis in eo ſtatu, quo ſunt alia beneficia Cæſari iure Precum affecta: ratio eſt, quia in beneficialibus inſpiciendus eſt ſtatus præſens, *cap. cum de beneficio, de præbend. in* 6. *cap. eum cui, eodem, Abb. in cap. dilectus. de præbend.* Magis tamen placet prior ſententia, tum quia non erat intentio Cæſaris, *cap. Mandatũ de reſcript. cap. cum in illis, de præbend. in* 6. Tum quia fundatores a fundationibus beneficiorum arcerentur, ſi ſimul atque creata eſſent deberentur: præterquam quod non erant beneficia tempore datæ Precum, ideoque non entis nullæ ſunt qualitates, & qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, *l. in delictis,* §. 1. *ff. de noxal.* Accedit quod conceſsio Precum ſit odioſa & reſtringenda, vt pote in odium ordinarium, *Caſſad. deciſ.* 8. *de conceſſ. præbend.* qua de relatius infra, verſ. XVI. quæritur.

X. Quæritur quid in beneficijs tempore datæ Precum ſuppreſsis? verbi gratia, ſi in Indulto Papæ ſex Canonicatus, & præbendæ primo vacaturæ intra ſexennium, ſint affectæ, ſeu applicatæ Fabricæ, aut menſæ Epiſcopali, ad dictum, aut ad aliud tempus, annexæ, an

Preces

Preces capiant primam vacaturam? Ita videtur, ſed Preciſta habebit expectare donec tempus Indulti finitum ſit, vt aſſequatur præbendam, *per not. Barb. in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 89. *verſ. circa iſtud, de conſtitut.* licet enim ſit ſuppreſſa præbenda, non tamen canonicatus.

XI. Non compræhenduntur ſub Præcibus beneficia ſpectantia ad collationem duorum, ſi vni tantùm Preces decretæ ſint, *cap. cum in illis, § ſi de præbend. in* 6. *Rota deciſ. ſin.* 271. *Nota glo. in antiq. Rebuff. de nominat. quæſt.* 15. *num.* 45.

XII. Sed an comprehendantur beneficia monocularia? vt pote ſi alicui competat vnius dumtaxat beneficij collatio, an tali caſu vnicū iſtud, ſeu monoculum beneficium comprehendatur ſub Precibus? dicam infra in gloſ. verb. *ſaltem quatuor*, eiuſmodi monocularia non comprehendi.

XIII. Quæritur, an matricularia & inferiora huiuſmodi beneficia comprehendantur ſub diſpoſitione Precum? Videntur comprehendi: quia beneficiorum appellatione veniunt maiora & minora. *Selua de benef. part.* 2. *quæſt.* 3. *cap. cùm ad hoc, de Clericis non reſiden.* quod intelligo dummodo dentur in titulum. *Arnulph. tract. iuris regal. priuileg.* 15. *num.* 5. *Phipp. Probus eodem tract. quæſt.* 9.

XIV. Non comprehenduntur beneficia ſita extra Germaniam, vt ſupra oſtendi.

XV. Non comprehenduntur Vicariæ temporales; licet in perpetuis ſecus ſit, *Clem. vna, de off. Vicar.*

XVI. Sub Precibus non comprehenduntur penſiones, quia cum perſona habentis extinguntur, niſi ſint datæ in Titulum. *Gomeſ. ad reg. de Annali quæſt.* 20.

XVII. Precibus non aſſiciuntur beneficia de menſa, qualia ſunt quæ perpetuò incorporata ſunt menſæ Epiſcopali, aut capitulari, ſeu Abbatiali, vt noto ad Reg. VIII. Cancell. *gloſ.* 11. *n.* 16.

XVIII. Nec beneficia exempta, que nec cadunt ſub expectatis, *Gomeſ. ad Reg. de infirmis quæſt.* 5.

t XIX. Nec beneficia commendata, ſecundum opinionem Gaſpar. de Peruſio *tract. de reſeruat.* quam refert Gomeſ. *ad Reg. de Triennali quæſt.* 5.

(Cum Cura) Hoc exprimitur, quia aliàs non veniret beneficium curatum, *cap. cùm in illis, de præbend. in* 6. vbi quando mandatur

datur prouideri beneficio, non comprehenditur curatum: quod limita, niſi illud eſſet præbendæ annexum, *arg. cap. ſuper eo, de præbend. in 6. Staphil. de litt. grat. tit. de noua forma expect.* & etiam in materia fauorabili non venit beneficium curatum, niſi exprimatur, vt ſi Papa det poteſtatem conferendi beneficia, non venit et curatum, niſi expreſſum ſit, *Card. in cap. In noſtra. quæſt. 4. de Reſcrip.* Porrò, vt dicatur beneficiũ * curatum, ſeu Eccleſia Parochialis, inter alia 25. u
ſubſtantialia hæc requirit GONZALES *ad Reg. VIII. gloſ. 65.* poteſtatem fori pœnitentialis, id eſt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi, quæ non cadit niſi in Sacerdotem, *cap. In nouo. 21. diſtinct.* idque ex neceſſitate, ratione oneris ipſi impoſita *gloſ. in Clem. dudum, verbo, Impediant, de ſepult ibi Abb. & Anchor. Rota in vna Ciuitaten. Decimarum* 6. *Feb.* 1480. *coram Ill.mo Mantica.* Secundo requiritur vt beneficium curatum ſit perpetuum, *Ioan. And. in cap. deliberatione, num. 1. verbo Prælationis, de off. leg. in 6.* Tertio; vt ſit certa parochia, & locus certis finibus, & limitibus conſtitutus, ac deſignatus, in quo populus alicui Eccleſiæ deputatus degit, *cap. Eccleſias 14. quæſt. 1. in pr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 13. ſub fin. ibi, Parochialis Eccleſiæ certos fines &c.* Nam talis Eccleſiæ rector dicitur populum regere, *cap. 1. de capell. monach.* Nam alioquì Archidiaconi Abbates, & ſimiles habent curam animarum, & non dicuntur curati. *Anaſt. Germon. tract. de Indult. Card. §. ac beneficia num. 43. & ſeqq.* Quartò requiritur, vt Rector Eccleſiæ curatæ exerceat curam nomine ſuo, non alieno, *c. extirpandæ, § qui vero, de præbend.* Quintò vt Rector Eccleſiæ parochialis ſit vnicus & non plures; *cap. in apibus, 7. quæſt. 1. cap. ſicut vna, 22. quæſt. 2.* ſed vnum tantummodo habeat Sacerdotem. *Oldrad. conſ. 67. incip. quæſt. talis eſt num. 1. Staphil. de litt. grat. tit. de ſtatu, qualitate benef.* Ex his efficitur, quod quamuis fons baptiſmalis deficeret, non propterea deſineret cura, quia ex actu baptizandi non infertur cura, cùm baptiſma etiam à muliere & laico exerceri poſſit, *cap. ad lumina. 30. quæſt. 1.* Idemque dicendum quoad ſepulturam & actum ſepeliendi, vt & quoad perceptionem decimarum, quæ ſingula latius explicata habes apud Gonzales *ad d. Reg. gloſſ. 6. num. 34. & ſeqq.* Ad rem noſtram quod attinet aduerte, quòd qui obtinet beneficia curata vigore Precum, non aliter inſtitui debere quàm præceſſerit examen, & fuerit ab ijſdem locorum Ordinarijs reperti idonei, *Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 13.*

 & ſeſſ. 18.

& *ſeſſ*.18. *cap*. 18. Nam periculoſum inexpertis committere curam animarum, *cap cum ſit, de ætate & qualitat. fac. quod not. in cap. ſi ſorte, de electionibus in* 6. *Guimer. ad Pragmat. ſanctio. tit. de collat. folio* 94. *col*. 4.

26. SECVLARIBVS VEL ORD. HVIVSMODI REGVLARIBVS) Secularia ergo beneficia, & regularia Precibus ſunt affecta; de ſecularibus dubitari non poterat, etſi pleraque ex iſtis etiam Precibus non comprehendantur, vt oſtendimus ſupra, in verbo *ſuper ſingulis beneficijs*. & iſta ſecularia beneficia ſunt in multiplici differentia. Nam præter ſummas illas dignitates Cardinalatus, Patriarchatus, Primariatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus. Abbatias ſeculares, & alias minoris notæ dignitates, vt Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Primiceriatus ſiue Cantoria, Sacriſtia, Theſauraria, Præpoſitura, Prioratus ſecularis, officium & perſonatus, Eccleſia parochialis, Vicariæ perpetuæ, ſunt beneficia ſecularia ſine adminiſtratione, vt Canonicatus ſecularis, Præſtimonia, Capellaniæ, altaria, Hoſpitalia: quæ autem ex illis ſub Nominationibus primarijs comprehendantur, textus Indulti ſatis indicat, & nos oſtendimus loco præcitato. Verùm de Regularibus poterat dubitari an Preces illa caperent: cùm videamus huiuſmodi beneficia per gratias expectatiuas acceptari non poſſe, ſed regularibus eſſe affecta, *cap. cum de beneficio, de Præbend. in* 6. Ideò in generali reſeruatione beneficiorum, non cenſentur reſeruata beneficia regularia, niſi ſpecialiter ex-
27. primantur, *Gaſpar de Peruſio de Reſeruat. cap*. 2. *num*. 12. *Æneas de Falcon. Tract. de Reſeruat. quæſt*. 4. *num*. 29. *Gomeſ. tract de Expectatiuis num* 94. *verſ. & ex iſtis poteſt inferri*. Regulare autem beneficium dicitur, quod regularibus conferri conſueuit, vel ex ipſa fundatione, ſi illa lex per fundatorem data eſt, vel ſi de origine fundationis non conſtat, ex longæua poſſeſſione & inde cauſata præſcriptione quadraginta vel plurium annorum, *Rota deciſ*. 487. *Nota quòd impetranti, quæ eſt* 22. *tit. de Probatio*. quod latiſſimè à Felyno *in cap. in noſtra, num*. 42. & 46. *de Reſcript*. & Philippo Probo *in cap. de beneficio, de Præbend. in* 6. tractatum eſt, & deciſum. Licet itaque huiuſmodi beneficia regularia regularibus conferantur, vt dictum eſt, non propterea deſinent comprehendi ſub Precibus, dummodo acceptentur à capaci, vt ex Rebuffo *tract. Nominat quæſt*. 15. *num*. 21.

ſcripſit

ſcripſit Gonzales *ad Reg.* VIII. *Cancell. gloſ.* 8 *num.* 26 *&* 27. Regularia autem beneficia bifariam dicuntur: alia enim ſunt quæ adminiſtrationem habent, vt Abbatia regularis, *cap. quanto in fi. de off. ord. cap. cum ſingula de præbend. in* 6. Prioratus conuentuales, *Clem. ne in agro. §. ceterum, de ſtatu Monach.* alia ſunt beneficia ſimplicia, vt Prioratus ſimplex, Monachatus & Canonicatus Regularis. Si enim ſimplici onere grauantur, *cap. quod Dei timorem, cap. fin. de ſtatu Monach.* de quibus præter Ioan. Seluam *tract. de Benef. part.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 78. vide Gonzales *ad Reg.* VIII. *gloſ.* 8. *num.* 112. *& ſeqq.* Sed hæc à re noſtra longius videri poſſunt abeſſe, & rarenter vſu venire, idcircò miſſa illa faciamus, & ad textus noſtri explicationem redeamus.

IN SINGVLIS CATHEDRALIBVS ETIAM METROPOLITANIS) Idcircò includuntur beneficia Eccleſiarum Cathedralium & Metropolitanarum, quia regulariter in diſpoſitione generali non comprehenduntur beneficia dictarum Eccleſiarum niſi ſit de ijs ſpecifica facta mentio, *cap quamuis §. quamquam de præbend. in* 6. Dicitur autem Eccleſia Cathedralis Epiſcopalis, quæ ob honorem Cathedræ Cathedralis appellatur, quia ibi Cathedra Epiſcopalis, & ſedes ſita eſt, *Archidiaconus in cap. ſtatutum. col.* 1. *de Reſcript in* 6. *Hoſtien. & alij in cap. ne pro defectu, de electio.* Metropolitana verò Eccleſia dicitur Archiepiſcopalis *l. vna, & ibi DD. C. de Metro. Beryto. lib.* 11. *cap. vt litigantes de off. ordin.* & exprimitur hic Metropolitana, quia in materia odioſa appellatione Cathedralis non venit Metropolitana, licet ſit Cathedralis. Vnde illegitimus diſpenſatus vt poſſit etiam in Cathedrali habere beneficia, non poterit habere in Metropolitana. *Ioan. Monach. & alij in cap. quamuis* 1. *in fin. de præb. in* 6. *Rebuff. tract. de collat. §.* 1. *in pr.* Porrò priuilegia Archiepiſcoporum, quæ ſunt viginti quatuor; qui volet videre, conſulat Ruzæum *tract. de præeminentia*, quem citat. Rebuff. *ad concordata Rub. de collatio. verbo Archiepiſcopalis.* 28

DIGNITATES) Ideò exprimuntur, quia in materia ambitioſa, & reſtringibili appellatione beneficij non veniunt dignitates, *c. quamuis, de præbend. in* 6. Imò ſi concedatur mandatum ad beneficia curata, & quæcumque alia non includeretur dignitas curata. *Clem. ne in agro, §. cæterum, de ſtatu monachor. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſat.* 29

ratione ætatis verſ. aut Dignitates, & in Concordata in forma mandati Apoſtolici, in gloſ. verbi, aut dignitate. Facultas enim conferendi derogans poteſtati Ordinarij eſt odioſa, & propterea reſtringenda, *vt ſupra diximus. & notat. gloſ. Imò Petrus de Ancherà c. 2. de off. ordin. in 6.* Hinc neceſſaria fuit expreſſio dignitatum in hoc Indulto, vt Preciſtis afficerentur. In patria tamen & Diœceſi Leodienſ. Preces non
30. capiunt dignitates eas, quæ ex conſuetudine, * ac potius Indulto
* Eugenij IV. & Sixti IV. debentur Canonicis præbendatis Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, *Selua tract. de benef. 3. part. quæſt. 49. Ioan. Benedict in cap. Raynutius verbo, ſi abſque, 2. num. 10. in Subſtit. ſideicom. de teſtamen.* Extra caſum tamen conſuetudinis vel Indulti deberentur Preciſtis, quod intellige, dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropolitanis poſt Pontificales maiores, aut in Collegiatis principales non exiſtant, vt ſtatim in Indulto ſubijcitur.

31. PERSONATVS) Perſonatus eſt honor & præeminentia in Eccleſia abſque adminiſtratione *Coraſ. de benef. part. 4. cap. 3. num. 7. Flam. Pariſ. de Reſignat. benef. cap. 1. num. 91.* licet propriè non ſit dignitas, *conſ. 105. incip. in Eccleſia, col. 2.* niſi ex fundatione, ſtatuto vel conſuetudine talis habeatur. *Wameſ. conſ. 257. num. 5* Hinc ſtatutum loquens de perſonatu, non complectitur dignitatem. Idem in litteris ad beneficia, vt ſi quis impetret perſonatum, non poſſit ſibi prouideri de dignitate cum adminiſtratione vel Iuriſdictione *arg. cap. quamuis, de præb. in 6. Staphil. de litt. grat. tit. de modo, & forma impet. num. 5.*

32. ADMINISTRATIONES) Intellige Eccleſiaſticas, quæ erectæ ſunt authoritate Epiſcopi, & in titulos creatæ, quippe quæ cadunt ſub Precibus, Nominationibus, & reſeruationibus etiam Apoſtolicis, cùm ſint Eccleſiaſtica beneficia, *gloſ. in Clem. fin. verbo beneficiorum, de decimis. Silua de beneficio part. 1. quæſt. 3. num. 29. Rebuff. in praxi tit. ſeculare beneficium quotuplex num. 15. Gomeſ. ad reg. de Infirmis quæſt. 23.* & hæc dictio largè ſumpta comprehendit Prioratus, qui nominatis, & Graduatis, ſi tempore præſtituto vacent, debentur, *text in Clem. 1. & ibi Card. de Reſcript. & in cap. 2. de ætate. & qualitate,* dummodo non ſint conuentuales, niſi alioqui commendatus, ſeu nominatus eſſet qualificatus, *Staphil. de litt. grat. tit. de Octaua forma expectat, num. 7* Aduerte tamen, quod ſi eiuſmodi adminiſtrationes

tiones eſſent de iure patronatus laicali, vel mixto, non caderent ſub Precibus ſeu reſeruationibus Apoſtolicis, per ea quæ infra dicam, verbo *Præſentationem.*

OFFICIA) Intellige etiam Eccleſiaſtica, quæ ſunt verè & propriè beneficia, prout ſunt theſauraria, Sacriſtia, Primiceriatus, Archipresbyteratus, Cantoria, quæ officia ſunt in aliqua præeminentia, & honore, licet in hoc attendenda ſit conſuetudo, quia illa cenſenda eſt dignitas, quæ ex conſuetudine talis habetur, *Panorm. in cap. de multa, de præbend. Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. num.* 86. *& in tractatu nominat. quæſt.* 15. *num.* 12. Et hæc officia ſunt verè Eccleſiaſtica, *cap.* 1. *cùm vero, de conceſſ. præbend. c. cùm acceſſiſſent, verſ. quocirca, de conſtitut. Clem.* 1. *verbo officia, de regular. Pauinus tract. de off. & poteſt cap. ſede vacante* 2. *prælut. num.* 8. *verſ. Tertio modo, Hoieda. de incompatibil. benef.* 1. *parte num.* 3. *cap.* 8. *& cap.* 16. *num.* 1. *Rebuff. d. loco*, vbi tradit differentiam inter dignitatem, Perſonatum, & Officium. In his igitur officijs cadunt Preces; nam ex quo hîc agitur de Clericis, præſumitur mandari de officio Eccleſiaſtico, *Feli. in c. In noſtra, coll.* 22. *de Reſcript.* 33.

PER ELECTIONEM) Propriè hîc dicuntur beneficia electiua, quando in ijs proceditur per electionem, quæ requirit confirmationem ſuperioris, *per gloſ. in Clem. quia contingit verbo Electionem de rel. dom. Feli. in c. in noſtra, coll.* 32. *de Reſcript. Anaſt. Germon. tract. de Indult. card. §. ac beneficia, nu.* 23. nam ſunt alia beneficia, quæ dantur per viam electionis, nec tamen exquirunt confirmationem, & dicuntur potius collatiua, *Rebuff. tract. Nominat. quæſt.* 15. *num.* 32. licet iſta dici potius debeant mixta beneficia, vt quæ participent de electione, & collatione; nam mixtũ eſt quod ex duobus ſapit extremis. *L. Imperium, ibi DD. ff de iuriſd. omnium Iud.* Prioris igitur generis beneficia electiua cadunt ſub Precibus Cæſareis, vt in textu hic, quæ etiam neceſſario hic expremi debuerunt, cum clauſula *ad collationem prouiſionem præſentationem, inſtitutionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem communiter vel diuiſim ſpectantia*, non includat beneficia electiua, *Clemen.* 1. *de præbend. Anaſt. Germon. tract. de Indult. Card. §. ac beneficia num.* 2. Hinc etiam Cardinalium Indulta habentia clauſulam *ad collationem &c.* capiunt beneficia electiua, quamuis expreſſa mentio de illis non fiat, *Put. deciſ.* 160. *num.* 2. *lib.* 3. *Achilles de Graſſis, deciſ.* 10. *de priuileg. Gonzales ad reg. VIII. Cancellariæ gloſ.* 34.

 19. *nu.* 3.

35. 19.*num.* 3. Verùm in hac Ciuitate & Diocœſi Leodienſi Preces non
2 afficiunt beneficia & dignitates Electiuas ob conſtitutiones Pij II. de data 1558. Sixti IV. de anno 1479. quæ confirmant aliam conſtitutionem Eugenij IV. de data 1432. quoad liberam electionem dignitatum, & beneficiorum in Ciuitate, & Diocœſi Leodienſi exiſtentium, vt & Iulij III. de anno 1544. quibus accedunt Priuilegia & Indulta Maximiliani Imperatoris de anno 1518. & Caroli V. de data anni 1554. ſucceſſiuè edita, & promulgata, confirmantia dictas Pij, Eugenij & Sixti conſtitutiones: & ſic per clauſulam derogatoriam concordatorum, quibus etiam in hac patria facultas relinquitur eligendi, huic Indulto inſertam, non poteſt cenſeri ſublatum ius electionis ante dicta concordata, per dictas Pontificum Conſtitutiones conceſſum: nam vincula plura ſunt vno fortiora, & exiſtentibus pluribus impedimentis vno ſublato, aliud remanet, *L. ſi Domus tua.* 20. *ff. de ſeruit. vrb. præd. Nauar. conſ.* 16. & 17. *de Reſcript. Gonzales ad Reg. VIII. Cancell. Gloſ.* 12. *num.* 94. & 95.

36. DVMMODO) Hæc dictio modum inducit, non conditionem ita vt ſi quis vigore Precum acceptaret dignitatem maiorem poſt Pontificalem, hæc acceptatio ipſo iure non caderet, ſed reſoluenda eſſet, *Wameſ. conſ.* 279. *num.* 5. *in fin. vol.* 1. *plura de hac voce vide Baldum in cap. dudum* 2. *coll.* 6. *num.* 27. *de electio.* & *de iſta clauſula:* DVMMODO DIGNITATES IPSÆ IN CATHEDRALIBVS, &c. vide Fely. *in cap. In Noſtra, num.* 15. *de Reſcript.* Gomeſ. *tract. de Expectatiuis ante num.* 62.

37. POST PONTIFICALES MAIORES) Quomodo cognoſcatur iſta maioritas, tradit Card. *in conſ.* 30. *col.* 3. *verſ. Idem eſt dare.* & Alphonſ. Sotto *ad Reg.* 3. *Cancell. vbi vide ſi lubet, quæ ibi noto*, Mandoſ. *ad d.* 3. *Reg. Cancell. quæſt.* 4. *per tot.* Aduerte autem quòd dignitas maior poſt Pontificalem non venit in gratia ad dignitates, vt præter Ægidium Bellam. *deciſ.* 698. ſcripſit Gonzales *ad Reg. Cancell. VIII. gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 20. Hinc in facultate, quam daret Papa conferendi etiam reſeruata qualiacumque, adhuc non veniret dignitas maior poſt Pontificalem, *Gomeſ. tract. de grat. de grat. Expect. nu.* 45. vbi ſcribit, quod ſi Papa dat litteras expectatiuas, litteræ ad illas non extenduntur, quæ poſt Pontificales, maiores cenſentur, quod & probat Anaſt. Germon. *tract. de Indult. Card.* §. *ac irritum, num.* 50. Ex quibus videtur quòd neceſſaria non fuerit dignitatum harum hoc

loco

loco exceptio; Verumtamen ambiguitatis tollendæ cauſſa hic expreſſæ fuerunt. Nam in litteris Apoſtolicis omnia clara eſſe debent, *cap. quàm graui, de crim. falſi.*

AVT COLLEGIATIS PRINCIPALES) Quæ principalis dicatur in collegiata, vide Alphonſum Sotto *ad Reg.* 3. *Cancell. & ſi lubitum eſt, ea quæ ibi ſcripſi,* alijſque ſupra memorati conſulantur.

COLLATIONEM, PROVISIONEM) Iſta verba ſolent apponi in omnibus litteris expectatiuis, *iuxta cap. cum in illis, de præbend. in* 6. aliàs litteræ, eſſent de falſo ſuſpectæ, *Staphil. de litt. grat. & iuſt. in* 4. *form.* Licet ſint qui putent appellatione collationis contineri præſentationem, electionem, inſtitutionem, & confirmationem, *Ioan. And. in cap. Ex tenore, de conceſſ. præbend. Clem. vnica, ibi DD. de conceſs. præbend.* cui opinioni aduerſatur *cap. in illis §. cùm autem de præbend. in 6.* verùm prima opinio habet locum, quando verbum collatio profertur à lege, in qua non datur ambitio. Secus enim in reſcriptis Principis, quæ tanquam ambitioſa ſunt reſtringenda, *cap. quamuis de præbend. in* 6. *gloſ. de Clem. vnica Gonzales ad regulam de alternatiua gloſ.* 16.

PROVISIONEM) Hæc vox latius patet quàm collatio, de qua in ſuperiori gloſſemate, cùm contineat omnes modos, per quos prouidetur Eccleſiæ, videlicet nominationem, poſtulationem, electionem, præſentationem confirmationem, inſtitutionem & collationem, *gloſſ. in Clem. fin. verbo, prouiſioni, de electio. Clem. auditor, de Reſcript.* quæ licet loquatur de prouiſione, procedit tamen in præſentatione ſeu inſtitutione, *Rota decis.* 212. *in fin. no. Bellam. decis.* 621. ſic etiam verbum, DISPOSITIONIS, de qua hic infra, ibi, QVAMVIS ALIAM DISPOSITIONEM, latiſſimum eſt, *cap. cum in illis, §. illis vero, ibi DD. de præbend. in 6. Clem. vnica, ibi gloſ. verbo, diſpoſitionem de ſupplend. neglig. Prælator. Gemini. conſ.* 65. *incip. circa primum in principio, verſ. verbum diſpoſitiones,* maximè propter dictionem generalem additam dicto verbo, ET ALIAM. *Geminia. conſ.* 15. *incip. ſuper primo, num.* 3. 38.

PRÆSENTATIONEM) Hîc dubitari poteſt, an quia ius iſtud nominandi Cæſari conceſſum, latiſſimè pateat, vt pote ob illius in Eccleſiam benemerita, & fauorem perſonarum, comprehendi videantur beneficia Iuris patronatus? quæ quæſtio hac diſtinctione decidi poteſt: aut loquimur de Jure patronatus Laico, aut mixto, aut 39.

Eccle-

Eccleſiaſtico: ſi de Laico loquimur, ius iſtud nominandi, ſeu Preces porrigendi ad illud non extendetur. Imprimis, quia noſter textus *ſupr. initio*, §. 2. loquitur de perſonis in qualibet dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ergo ſecus eſt in profana, *Rebuff. tract. Nominat. quæſt.* 8. *num.* 34 *& ſeq.* Nam licet Pontificia Indulta, etiam quibus prægnantiſſimæ & derogatoriarum derogatoriæ clauſulæ inſertæ ſint, non cenſeatur derogatum ordinationi, & iuri fundatoris, adeoque virtute nominationum acceptari poſſunt beneficia, quæ pertinent ad ius patronatus alicuius, *cap.* 2. *de præbend. in* 6. *cap. cum dilectus de iurepatron.* id tamen generaliter verum non eſt, ſed obtinet tantùm in fundationibus, & iure patronatus Laicorum, non etiam Eccleſiaſticorum, videlicet, quando ex bonis Eccleſiæ beneficium fundatur, dotatur, aut à Laico dotatur Eccleſiæ, *iuxta gloſſ. in Clem.* 2. *verbo præſentare, de iure patronat. cap dilectus* 6. *vbi gloſſ. de off. Legat. Rochus de Curte de iure patron. verb. ius, quæſt.* 7. *Rebuff. de nominat. q.* 8. Nam in hoc iure patronatus Eccleſiaſtico, obtinent nominationes, & regulæ reſeruatoriæ Cancellariæ, & in eo conueniunt omnes *Wameſ. conſ.* 252. *num.* 11. *vol* 1. *Ill.mum Card.lis Seraphinus, deciſ.* 1420. *num.* 2. *Mandoſ. ad Reg.* 1. *Cancellariæ, quæſt.* 10. *num.* 5. *DD. in d. cap. cum dilectus.* Ratio diuerſitatis eſt, quod non facilè ſedes Apoſtolica velit alteri ius ſuum auferre, vel illi in aliquo derogare, ne forte Laici à ſuis fundationibus pijs, quarum occaſione plerumque ius patronatus habent, deterreantur. *Feli. in tract. quando litteræ Apoſtolicæ derog. iuri patronatus, limit.* 3. *Wameſ. conſ.* 255. *num* 13. *vol.* 1. & ideo generalis diſpoſitio non trahitur ad beneficia patronata Laicorum, *Lapus alleg.* 96. *incip. beneficia. vacantia. Rochus de Curte de Jurepatron. verbo Honorificum, num.* 22. quod ſecus in iure patronatus Eccleſiaſtico, quia in eo ceſſat prædicta ratio, & facilè præiudicatur d. iuri. *Æneas de Falcon. de reſeruat, quæſt.* 4. *principali effectu* 14. *Caſſad. deciſ.* 4. *num.* 2. *de iure patron. Couarr. cap.* 36. *pract. quæſtio. num.* 5. Nec refert quòd ſummus Pontifex in ſuo Indulto permittit Cæſari nominationem beneficiorum ad præſentationem quorumcumque collatorum: quia per hoc non cenſetur derogaſſe iuri patronatus Laico, etſi derogaſſet, eiuſmodi derogatio non afficeret ius patronatus illuſtriū perſonarum, quę habent plerumque collationem quatuor, & amplius beneficiorum, vt hic diſponitur, nam in his ſpecifica & determinata eſſe debet Papæ derogatio, vt diximus ad Reg. Cancell. 40.

de

de derog iuris patron. num. 17. Nam generalis diſpoſitio non extenditur ad caſus priuilegiatos aut ſpeciali nota dignos, vt notat *Eraſm. à Chokier frater meus in ſuo tract. de Iuriſd. Ordinarÿ in exemptos*. Verùm, quid in tertia iuris patronatus ſpecie? videlicet mixto, hoc eſt, partim Laïco, partim mixto, an cadat ſub diſpoſitione huius Indulti? videtur opinio negatiua probabilior: nam in fauorabilibus potius eſt attendenda qualitas Laïcalis, [aa] ne Laïcus propter Clericum perdat ſuum priuilegium, hoc enim æquum eſt, quod in re indiuidua non patiatur quis præiudicium ratione ſocietatis, quæ illi cum altero communis eſt, *Rebuff. tract. nominat. q.* 15. *num.* 6. & idcirco poteſt Papa conferre beneficium iuris patronatus Laïci, & Eccleſiaſtici ſimul: quod non poſſet, ſi eſſet ius patronatus merè Laïcum. *Rochus de Iure pat. in verbo, Ius num.* 23. *citat Rotam deciſ.* 21. *incip. Papa, de conceſſ. præbend. in antiq. Philip. Probus tract. iuris Regaliorum q.* 12 *n.* 19. Itaque caſus Iuriſpatronatus mixti non veniret ſub diſpoſitione huius Indulti, quod limita, primò, quando Laïcus patronus habet maiorem, vel ſaltem æqualem partem vocum in dicto Iurepatronatus mixto; nam ſi pars vocum patroni, Eccleſiaſtici eſſet maior, & præponderaret vocibus Laïcorum veluti ſi ius patronatus ad vnum Laïcum, & ad duos Clericos ſpectaret, vel ſi ad Decanum alicuius Eccleſiæ, & ad Priorem Monaſterij, & ad Dominum laicum certi loci, tunc attendetur maior pars prædominans: cùm ſemper à potentiori fiat dominatio. *Gonzales ad Reg. VIII. Cancel. gloſſ.* 18. *num.* 15. *L. quæritur. ff. de ſtatu hominum. Iaſon in L in pr. num.* 21. *de verbor. oblig. Gambarus de off. & poteſt. Legati lib.* 3. *num:* 368. *verſ. fallit tamen, Couar. d. c.* 36 *num.* 5. Limita ſecundò, quando Iuſpatronatus mixtum, imò etiam Laicum ſolùm competit ex fundatione, conſtructione, ſeu dotatione vel donatione facta ab habente illud ex aliquo ex predictis titulis. Nam reliqui patronatus competentes ex præſcriptione, conſuetudine vel priuilegio, aut vſurpatione, alioue quocunque modo, non prodeſſent ad reſeruationem Pontificiam. *Gonzales d. gloſſ.* 18. *num.* 18. & ex conſequenti ad Indultum iſtud, quo datur Cæſari facultas nominandi &c. quia Ceſsionarius iure cedentis vti debet, iuribus vulgaribus.

COMMVNITER VEL DIVISIM) Et ſic Preces iſtæ Primariæ non tantùm afficiunt beneficia, quorum collatio ſpectat ad Capitula,

ſed etiam ad ſingulos de Capitulo, qui ſunt Ordinarij. *c fin. de præb. in* 6. *Wameſ. Conſ.* 220. *num* 3. vbi ſcribit, quòd expectatiua ad collationem Capituli conceſſa, extenditur ad Turnarij collationem, *Rota deciſ.* 4. *&* 16. *de conceſſ. præbend.* Quod extende etiamſi non conferat vice Capituli, ſed vt antiquior Canonicus, vel ſi collatio ſpectet ad plures, aut ad duos ſeniores Sacerdotes, aut Diaconos, &c. quia ratione Canonicatus de Capitulo ſunt, *Abb. in cap. per illorum, de præbend. in gloſ. vlt. per cap eam te, de Reſcript in 6.* licet aliud ſit, ſi Canonicus conferat iure ſpeciali, vt pote ratione dignitatis, aut aliâ, non tamen vice Capituli; tum enim Preces Capitulo directæ, etiam cum clauſula iſta: CONIVNCTIM VEL DIVISIM, non aſtringunt illum ſingularem Canonicum, *Gloſ. & DD. in d. c. fi. Rota deciſ.* 49. *in Diœceſi de conceſſ. præbend. in antiq Gonzales ad d. Reg.* 8. *gloſ.* 9. §. 1. *num.* 18. quia non intendit Papa grauare alteram dignitatem extra Capitulum, *c. cùm in illis, §. ſi verò, de præb. in* 6. Hinc fit, vt ſoleant dirigi Preces & nominationes Decano. & Capitulo, ſingulisque Canonicis, & Perſonis Eccleſiæ, & dignitatibus, aut etiam Præpoſito & Capitulo: quod intellige quando iſtæ perſonæ ſunt Capituli capita, *d c. eam te, & cap. ex parte Decani de reſcript.* Aduerte tamen quod ſi collatio ſpectet communiter ad Epiſcopum ſeu Prælatum & Capitulum, Preceſque Cæſareæ inſinuentur ſoli Prælato afficient etiam Capitulum cui non fuit facta inſinuatio. *Rebuff tract num. q.* 14 *num.* 80. *& de priuileg.* 106. *num.* 34. *Guimer. ad Pragm ſanct. tit. de collat. §. ſtatuit, verbo ſpectat.*

SINGVLIS PERSONIS) Sed an cæci, ſurdi, muti, aut aliquà parte corporis vitiati, ſint capaces iſtis Primarijs Precibus? videntur eſſe, quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio. ff. de public. in rem act.* Hic caſus tamen diſtinctionem recipit: Nam aut agitur de acceptando beneficio, quod habet aliquem ordinē annexum actu, vel in proxima potentia, veluti intra annum, aut de beneficio, quod non habet ordinē annexū: priori articulo, dubiū non eſt, quin ſint incapaces Precibus tales perſonæ: quia inhabilis ad ordines, inhabilis quoq; eſt ad beneficiū, & qui repellitur ab ordine ſuſcipiendo, etiam repellitur à beneficio obtinendo. *Maiol. tract. de irregul. lib.* 1. *cap.* 10. Cæcus autem repellitur ab ordine ſuſcipiendo & beneficio obtinendo, *Maiol. d. c.* 10. Idem de Surdo, *Maiol. Lib.* 1. *cap.* 25. Similiter de Muto, *Maiol. d. lib.* 1. *cap.* 26. Secundo autem

caſu

caſu videtur illos eſſe capaces, dummodo non ſint beneficia curam animarum requirentia, accedente Pontificis diſpenſatione, neque enim alius ſuper irregularitate, quæ ex corporis vitio naſcitur, diſpenſat; *Couar. in Relect. cap. ſi furioſus*, 1. *parte in initio*. Cæterùm ſi corpore vitiati ſint diſpenſati ſimpliciter ad ordines, non videntur diſpenſati ad beneficium, niſi fortaſsis ſimplex: diſpenſatusque ad beneficium ſimplex non erit diſpenſatus ad beneficium curatum, aut requirens perſonalem reſidentiam, *Burgaſ. tract. de irregul. parte* 2. *tit. de Interpret. exten. & reſtrict. diſpenſ. Couar. de ſponſal. & matrim.* 2. *part cap.* 7. § 8. *num.* 6. Ex quo fit, vt Precistæ corpore vitiati, beneficia vigore Precum citra diſpenſationem acceptare non poſſint. Neque obſtare Indulti textum ſimpliciter, & indefinitè loqui, ibi PERSONIS SINGVLIS, quia reſtringendæ ſunt ad habiles, *arg. text. cum gloſ. in l. in prouinciali, §. final. cum l. ſeq. ff. de nou. operis nuntiat.* vbi dicitur omnes ciues admitti ad nuntiandum nouum opus in publico, quia Reip. intereſt, & tamen ad idoneos reſtringitur, *vt ibi per gloſ. Cagnol. ad Reg. Seruus Reip. ff. de reg. iur.*

bb IN VNO BENEFICIO) Neque enim Papa intendit eundem collatorem pluribus beneficijs grauare, niſi aliud exprimat, *cap. mandatum, de reſcript.* & ideò ſi nominatus ad primam præbendam, negligit illam petere, extincta erit illius gratia, *cap. ſi Clericus. cum ibi, not. de præbend. in* 6. *Staphil. de lit. grat. tit. de ſexta forma expectat.* Et locus erit ſecundæ expectatiuæ. Ideo executor ſecundi impetrantis poterit monere primum, vt faciat ſibi prouideri, præfigendo eidem tempus competens, quo elapſo poterit ſecundo prouidere, quod tamen limitatur duobus modis: 1. Niſi in literis princ. adſit clauſula, QVAM DVXERIT ACCEPTANDAM, quia tunc licet per negligentiam omittat primam acceptare, poterit nihilominus petere ſecundam nulli alij debitam, *Rot. deciſ.* 37. *incip. not. quod ibi.* Nec iſto caſu locum habet diſpoſitio dicti cap. ſi Clericus. Secundò quando neglexit petere debitam, dum adhuc res eſt integra: tunc enim poteſt illam vacantem adhuc petere & acceptare. *Ægid. deciſ.* 738 *incip. Canonicus fac. text. in cap. ſi tibi abſenti de præbend. in* 6. Sed quid ſi acceptatio fuerit inualida? variare poterit, & aliam acceptare, *DD. in cap. ne captanda, de conceſſ. præbend.* eligens enim malè iterum poterit eligere, *Mohedanus deciſ. d. præbend.* quâ de re paulò poſt dabitur

42. bb

43.

nobis vberior ſcribendi ſeges. Sed an vocandi ſint Collatores, quando Preces iſtæ conceduntur? Rebuff. *tract. nominat. quæſt.* 13. poſtpoſita opinione affirmatiua, negatiuam tuetur, quia quando Papa concedit beneficia Eccleſiaſtica, vel ſcribit, vt alicui conferantur, nullus citatur, *cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præbend. not. in cap. dudum de præſumpt. & c. cùm olim, de re iud. Albert. in d. l. nam ita, col. vlt.* Sic ergo dicendum quando conceduntur Preces & nominationes ab Vniuerſitatibus, vel Cæſare vt nulli collatores ſint vocandi.

cc SALTEM QUATUOR BENEFICIA) Monocularia igitur be-
44. neficia ſub his precibus non comprehenduntur: quod & generaliter receptum eſt illa non cadere ſub generalibus & indeterminatis gratijs expectatiuis, neque enim veriſimile Pontificem voluiſſe priuare ordinarium Collatorem vnico lumine, *Gloſſ. in verbo incerta, in Clem.*
45. 1. *de præbend. Gemin. conſ.* 36. *incip. quod collatio facta. Steph Bertrand. conſ.* 194. *vol.* 3. *part.* 2. *Wameſ. conſ.* 204. *nu.* 6 *de præbend. & conſ.* 255. *num.* 17. §. 3. *in pr. Guimer. ad pragm. ſanct. tit. de collat. pag.* 91.

Cui autem incũbat onus probandi Collatorẽ habere quatuor bene-
46. ficia ſub collatione ſua, vid. Rebuff. *tract. de mand. Apoſtolicis in gloſſ. declarantes.* Vbi ſcribit eſſe excipientis hoc probare, id eſt: eius qui negat, *per l. quoties, § qui dolo, ff. de prob.* aliud autem eſt in Mandatario, qui tenetur probare Collatorem, cui eſt directum mandatum, habere quatuor, aut decem beneficiorum collationes: quia fundat ſe in numero, ergò illum probare debet, *arg. l. eum. ff. de neg.*
47. *geſt.* Sed in caſu noſtri textus quæritur primò: quid ſi habenti quatuor beneficia directæ fuerint Preces, & poſtea vnum illorum fuerit vnitum; quid iuris? nocebitne Preciſtæ? Nequaquam, quia tempus
48. datæ in hoc inſpici debet, *cap. ſi eo tempore, de Reſcript. in* 6. *Imol. in Clem.* 1. *in fin. de præbend.* Quæritur ſecundò? ſi in iſtis quatuor vnum vel plura ſpectent etiam ad collationem alterius, tamen etiam ad illius, *l. quæſitum, §. Celſus, ff. de fundo inſtruct. leg. Latiſsimè Iaſon, l. ſerui electione, §. Labeo, num.* 1. 4. 20. 21. 22. *ff. de leg.* 1.

Priuilegia autem ſunt ſtrictiſsimè intelligenda, vt quanto fieri poteſt, minus præiudicent ordinariæ poteſtati, quæ eſt fauorabilis, & quæ nititur iure communi. *Archid. latè in cap. frater,* 16. *quæſt.* 1. *num.* 5. *cap. cùm in illis, numer.* 2. 3. *de præbend. in* 6. *Cardinal. Tuſchus tract. concluſ. iuris concluſ.* 731. *num.* 6. Quæritur tertiò: quod ſi vnum tantum in Imperio habeat, plura extra Imperium? videt

videtur etiam talem Collatorem poſſe grauari, quia ſicut grauamen
reſpicit totum patrimonium, *l. fideicommiſſum, §. 1 ff. de Iudic.* ita vt
hoc grauamen beneficiorum reſpicit omnia beneficia, & ſic illud be-
neficium in Imperio non cenſebitur monoculum. Verùm contra-
rium dicendum eſt: quia Indultum expreſsè requirit, vt habeat qua- 49
tuor ſaltem beneficia in Imperio. Aliud tamen ſi ordinarius Collator
haberet collationem vnius beneficij in Imperio, & præſentationem
aliorum plurium in eodem Imperio, nec enim dicetur eſſe benefi-
cium monoculum; aut ſi Collator haberet collationem ſolus in vno,
& in alijs beneficijs tribus conferre poſſet cum alijs Collatoribus ſo-
cijs, tunc enim mandatum de prouidendo, vel Collatio vigore Pre-
cum facta ſubſiſtet, nam meum etiam dici non poteſt, quod cum a-
lijs commune eſt vt prædixi *Iaſon in d. l. ſerui electione. §. Labeo, nu.
29. ff de leg. 1. per not. Menoch. lib. 2. cent. 2. caſu* 201. *nu.* 95. & 96.
quod & notaui ad Reg. VIII. Cancellariæ. *gloſ.* IIII. Non obſtat, quod
hoc admiſſo Collatores Ordinarij videantur immodicè grauari, vt
vix vnquam ſuo iure conferendi in vita vti liceat: quia cum ipſi
ius illud conferendi ex indulgentia S. Pontificis habeant, conqueri
non debent ſi Pontifex eandem facultatem in illis ſemel in vita Cæ-
ſaris reſtringat, præſertim cum Pontifex per eiuſmodi cōceſſionem
dd omnem poteſtatem à ſe non abdicârit, ſed potius maiorem ſibi dd
reſeruauerit, ita quod poſſet in collatione cum quouis ordinario
concurrere, imò præuenire, *cap. 2. de præbend.*

POSTQVAM ILLIS IPSIS CANONICE PROVISVM) Ecce vides quod vltra Cæſaris nominationem opus ſit noua Ordi-
narij inſtitutione, *ee* ſeu collatione, vt latiùs ſupra oſtendimus ini- ee
tio Sectionis II. *in ſcholijs verbi,* QVOD SI PER TE. *verſ. vnde-
cimo quæritur.*

ADDITIONES.

SEd *etiam nominati per eum cui,* quæ facultas denominandi tranſit ad ſuc-
ceſſorem in dignitate & Archiepiſcopatu, niſi conſtet de reuocatione, 59.
quia delegatio facta dignitati non expreſſo nomine proprio tranſit ad ſucceſ-
ſorem, nec requiritur noua commiſſio etiam re integra, *Panormitanus in cap.
quia Abbas num. 4. de officio & poteſtate Iudicis delegati, vide eundem num. 3. & 8. &*

Fridericum de Senis Conſ. 259. num. 18. de præbendis. maximè nomine proprio non expreſſo *Wameſ. Conſ. 259. num. 18. de præbend.* ad inſtar priuilegij quod ſemel conceſſum dignitati tranſit ad ſucceſſorem *Grat. diſcept. forens. cap 538. num. 41.*

b *Priuilegium* non videtur conceſſum ſimpliciter perſonæ particulari, ſeu
51. nomini vti Ferdinando Regi Romanorum, ſed Imperio ſiue Regno, ac dignitati cui dictum priuilegium precum primariarum ex longeua conſuetudine competere dicit *Specul* & iuxta formulam conceſsionis precum primariarum in fine & vt tradit *Nicol. de Miſis in ſuo repertorio, verſ.* priuilegium *num. 39.* vbi tres priuilegiorum ſpecies principales deducit adeò vt præfato priuilegio nec
52. tacitè nec expreſsè renuntiare poeſt in præiudicium ſucceſſorum ex quo ſaperet alienationem quam Imperator facere non poſſet. *Adrianus Gylmannus tom. 2. ſimphorémat part. 1. vot. VIII. num. 9. & ſeqq.* non magis quàm Clericus qui non poteſt renuntiare concernentibus priuilegium ordinis Clericalis iuxta notata *in cap. ſi diligenti & cap ſi ſignificaſti de foro competenti, & ibi Melchior Kling.*
53. Quando & quomodo priuilegium cenſeri debeat reale reſpectu dignitatis, vel perſonale reſpectu perſonæ conceſſum, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103.* quem ſequitur *Iacob Cancer. variarum reſolut. part. 3. cap. 3. de priuileg. num. 324.* & priuilegium aliquid faciendi conſiſtens in facultate & ad arbitrium priuilegiati non perditur per non vſum, nec tali facultati præſcribitur, *Andreas Gaill. lib. 2. obſeruat. 60, num. 9. & obſeruat. 18. num. 5.* & in dubio priuilegium potiùs
54. reale quàm perſonale iudicatur, dum verba gratiæ non reſtringuntur ad perſonam ſed ad dignitatem. *Burſatus conſilio 30. num. 5 & 6.*

c *Variare poſsit*, & ratio eſt quia in Rege Romanorum & ſummo Pontifice (à quo Rex Romanorum in puncto precum primariarum ius ſuum metitur)
55. conſtans voluntas eſſe debet, ne dicatur hodie concedit cras tollit iuxta prouerbium Italicum *Chi da & ſubito toglie, il ſerpe li viene al cuore. Gonzal. ad Reg. VIII. Cancell. Gloſſ. 5. §. 6 num. 44.* debentque habere pedes plumbeos non plumeos, qui Magnatum, Regum & Principum diſpoſitiones ab omni malitia remouere debent, quorum authoritate nemo decipiendus venit, *l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetrarunt*, cum ſint fontes Iuſtitiæ *Clem. vnic. de probationibus*, ne iniuriæ oriri dicantur vnde Iura naſci debent. *l. memineris: C. vnde vi,* quibus conuenit illud ſemel locutus eſt Deus &c. quod ſcripſi ſcripſi, & illud quæ
56. proceſſerunt è labijs meis non faciam irrita, per DD citatos *per Gonzal. ad Reg. VIII. Cancell Gloſſ. 9. §. 2 num 32.* nec ipſe Papa conſequẽter intendit ius quæſitũ tollere, non obſtante clauſula, quacumque collatione, quæ intelligitur de collatione inualida, non autem de valida. *Rebuff. in praxi beneficiali ad Reg. Cancell. de non tollendo ius quæſitum Gloſſ. 3.* & ſignanter *Gloſſ. 6. num. 34. & 35.* & per præſentationem ius acquiritur præſentato *Seraph. deciſ. 1274.* etſi concedatur patronis laicis vt poſſint variare ante inſtitutiones relaxatas & alium ſiue plures præſentare, eiuſmodi tamen præſentatio non fit priuatiue, ſed cumulatiue,
57. quod Eccleſiaſticis non permittitur *Wameſ. Conſ 225. num 4 & Conſ 344. num. 9.*
58. rationem ponit *Garcias in ſuo tractatu de beneficijs part. 5 c. 9. num. 214. & ſeqq.* nam

prima

prima collatio ritè facta præfertur ſecundæ, *Andreas Gaill. lib. 2. obſeruat. 55. nu. 9. per cap. tibi qui de ſcriptis in 6 & ibi Io. de Vanquat.*

Et ſic quod Princeps donauit prima conceſſio, ſeu donatio Principis poſteriori preualet *L. prædia C. de locat. prædio. Ciuil. lib. 11.* etiamſi ſecunda donatio motu proprio facta foret *dict. l. prædia, & ita concludere DD. refert, Andreas Gaill. lib. 2 obſeruat. 55. num. 1. & 2. Mandoſ. ad Reg. Cancell. 11. de reſeruat. quæſt. 13 num. 7. & 8. Adrianus Gylmannus in faſciculo ſupplicat. tom. 1. part. 3. vot. VIII. num. 18.* ne fraudum aut circumuentionum author dicatur, & ſi quæ ſecunda conceſſio conſequatur cenſeri debet importunitate, aut circumuentione interueniſſe, adeo vt contrarij probatio non admittatur, *Andreas Gaill. dict. obſeruat. 55 num. 2. in fine per l. ſi qua loca C. de fundis & ſaltibus rei domin. & dict. l. prædia.* d 59.

Litteras expeditas quamuis ſcriptura non ſit de eſſentia gratiæ quæ ſolo verbo perficitur, *Mandoſ. ad Reg. 9. de reſeruat. quæſt 11 num. 2.* tamen de ſtylo Curiæ Romanæ qui ſtylus facit ius *Far. part. 2 deciſ. 376 num. 1.* Expeditio litterarum in gratia beneficiali requiritur, adeo quod ante earum expeditionem gratia dicatur informis & imperfecta: attento quod cenſeatur habere tacitam conditionē, ſi litteræ expediantur, *Flamin. de reſignat. lib. 10. quæſt. 1. num 4. 5. 6 & ſeqq.* vide *Gloſſemata mea ad Reg. Cancell. de non iudicando iuxta formã ſupplicationis* & eiuſmodi gratia cenſetur exiſtere in vtero, donec per litterarum expeditionem in mundum producatur, maximè quoad eius executionem, vide tradita *per Garciam in Praxi beneficiali part. 8. cap. 4.* qui ſtylus ſimiliter locum habet in collatione quæ non poteſt fieri abſque ſcriptura. *Flamin. de reſignat. lib. 8. quæſt. 2. num 2.* vide litteram ſequentem, quod extendit ad gratiam Principis, *dict. quæſt. num. 7.* e 60. 61. 62.

Præfertur is qui habet horam, iuxta *deciſ. 20. de prabend. apud Guilhelm. Caſſadorum,* cuius tenor ſequitur. f

Quotidianum eſt in Curia, quod concurrant plures in prouiſione vnius beneficij eadem die à Papa & Ordinario, & quia hora non ponitur in prouiſione Papali, ſi vnus ex prouiſis probet horam per teſtes, eius prouiſio præualet, & canonizatur in Rota: Idem ſi in prouiſione Ordinarij ſit hora vt præferatur Apoſtolicæ ſine hora, quia licet non ſequatur neceſſario anterioritas in habente aut probante horam, nec probat hoc eſſe &c. *l. neque natales, C. de probat. cap. in præſentia co tit. l. non ob hoc C. vnde legit.* nec certitudine de prioritate conſtet, tamen negari non poteſt quin certius probet, vnde probans de die vincit non probantem, & iudicatur anterior ſaltem præſumptiuè, quia certior eſt ſua probatio dicit *Cy. in l. de rebus C. de dona ante nup. & Salij. in l. ſi debitor C. de priuileg. fiſci. & dicit Bal. in dict. l. de rebus.* quod probari poteſt prioritas in hora vel puncto, ergo ex duabus gratijs eiuſdem diei præfertur & præſumitur prior illa quæ horam habet in litteris, vel quæ per teſtes eam probauerit, nam licet gratia ipſa Apoſtolica debeat probari per litteras, quod examinant *Arch. Io. An. domi & Phil. Franch. in proœm. 6 in fine* & ponit *Bal. in l. humanum C. de legi Abb. in c. in noſtra vlt. col de reſcrip,* &c. concludit. *Rota 27. in no. eo tit* nihilominùs tempus, qualitas, & circumſtantiæ bene 63. 94.

poſſunt

poſſunt probari per teſtes vt dict. *deciſ. 27. & eſt Gloſſ. in verbo, ſi non appareat in c. duobus de reſcrip. in 6.* volens etiam per confeſsionem partis poſſe apparere, & facit quod *Barc & Alexan.* tradunt *in leg. certi conditio §. 1. ff. ſi cert. pet.* quod probatio requirens ſcripturam poteſt declarari, quoadunari, & certificari per teſtes & ibi habes multa multa ſimilia ad hoc *C. ſi à ſede de præbend. in 6. à ſimili.* quod ſicut ibi poſſeſſio prouiſi ab Ordinario vincit Apoſtolicum, quamuis non inferat, nec concludat prioritatem, ita hic temporis, diei, vel horæ appoſitio, ad hæc etiam communis theorica, quam *Soci & Iaſ. in l. 1. in prin col. 2. ff ſolut. mat.* ſequuntur tanquam veriorem, dicentes ita fuiſſe iudicatum in Curia, & ita tenuiſſe etiam *Marſil. & alios in dict. l. de rebus, & Ioan. de Plato in l. 1. C. de Iure fiſci lib 10.* quidquid idem *Soci* conſulendo oppoſitum tenet *Conſ. 87. in Conſilijs vltimo & nouiter impreſſis,* cuius motiua ex prædictis tolluntur, & ex his, quæ ipſæ *& Iaſ ponunt in dict. l. 1. & ita 1521.* de menſe Iunij in vna Viterbien. Capell. coram me fuit, poſt antiquam & modernam obſeruantiam concluſum quod reſtitueretur ad poſſeſſionem, expectatiuus qui habebat horam in inſtrumento poſſeſſionis 22. ab habēte poſſeſſionem etiam inſtrumentalem eadem die ſine hora nonobſtan. quod continuauerat, & ſic poterat præſumi anterior, ex quo ſtante certiori probatione horæ, & coniectura anterioris poſſeſſionis debeat reſtitui ad illum ſtatum, poſtquam Rota reſtituit ad ſtatum ſpoliatos, non attento quod momento poſſederint. inquit *Alexan. VIII. diſt in. quo iure arg. l. cum ſponſus ſponſæ §. Fin. de public* & ita pronuntiaui.

Aſſentiente *Creſcentio deciſ. 4. de præſump. num 1. in fin.*, vbi in confirmationē præcedentium deduxit ſequentia.

Licet *idem Socin. in Conſ. 161.* videatur velle regulam illam non procedere in prouiſionibus factis in Curia, in quibus hora non eſt ſolita apponi quod tamen per Dominos non fuit receptum, & ideo hoc non obſtante in vna alia Gemunden. Canonicatus coram D. Io. Clerici, tenuerunt Domini Caſtellanum vrbis propter acceptationē factam in partibus cum certâ horâ fore præferendum vni familiari Reuerendiſſimi Cardinalis de Medicis, qui eadem die in Curia acceptauerat, licet in cæteris in eorum mandatis de prouidendo eſſent pares; & ita ex eadem ratione ego pronuntiaui in vna Vrbinat. Canonicatus & Præbendæ, vbi acceptatio in partibus facta cum certa hora concurrebat cum prouiſione Papæ in Curia &c.

66. Eſtque tanti ponderis vt vincat etiam gratiam habentem clauſulam anteferri *Gonzal. in proæmio ad Reg. VIII. Cancell §. 3. num. 105.* & ex oppoſitione horæ præſumitur inſtrumentum præceſſiſſe, aliud non habens horam. *Puteus*
67. *deciſ. 372. num 3. lib. 3.* & transfert onus probandi contrarium in aduerſarium
68. *Menoch. de arbitrio iudicum caſu 48. num. 26.*

g *Neutra collatio valet* ſimiliter etiam collatio copulatiuè fieri non debet, ne duo in eodem beneficio intitulentur aut beneficij diuiſio fiat contra concilium Turonen. *cap. dilecto de præbend. Garcias de beneficijs part 8. cap 2. num. 49.*

h *Intelligi debet cum effectu* habens facultatem nominandi facta nomina-

tione

tione non abdicauit totaliter & omnimodè ius à ſe, ſi nominatio non fuerit effectũ ſortita, cùm illa non dicatur conſumptá neque extincta, non ſecus quàm ſi nunquam fuiſſet facta, *Grat. diſcept. forenſ. cap. 746. num. 12.* & paria ſunt 69. aliquid factum non fuiſſe, vel nullum habuiſſe effectum *Caſſad. deciſ. 10. num. 3. & 4. in fin. de conceſſ. præbend.* & remoto effectu remouetur etiam omnis ſpecies actus, & ibi conceſſio fit pro certa & determinata cauſa, non conſumitur ex actu primo, ſi adhuc duret cauſa ceſſionis, quemadmodum facultas nominandi competens per nominationem nullam non cenſetur conſumpta, *Seraph.* 70. *deciſ. 589 num. 5. & 10.* effectus namque in omnibus conſideratur, ſine quo nihil factum eſſe cenſetur, & ſi præſentatus, ſeu nominatus ante inſtitutionem, vel collationem decedat, turnus nominantis, vel præſentantis non dicitur conſumptus, ſed de nouo nominare ſeu præſentare poterit *Gonzal. ad Reg. 8. cancell. Gloſ. 45. §. 3 num. 5. & 6. & Puteus per deciſ. 200. lib. 1.* cuius tenor ſequitur: 71.

In vna Paduana Parochialis de aggere magno coram Domino Romano 20. Nouembris 1541. fuit reſolutum, quod *c. ſi electio de elect. in 6.* haberet locum in præſentatione prout dicit *Philip. Franc. in dict. c. electio, & rota deciſ. 269. in nou. Curt. in tract. iur. patro. in verbo honorificum,* quia tum dicebatur quod per obitum Sebaſtiani qui fuerat præſentatus, & non inſtitutus, non inducebatur noua vacatio, ſed vacabat per mortem primi, prout dicit *Rota deciſ. penul. in nou. & Sarnen. ſuper regula de infirmis reſignantibus, quæſt. 6. num. 6.* verum erat tamen quod perinde erat ac ſi eſſet noua vacatio, & patroni potuiſſent de nouo præſentare, dicebantur ipſi patroni præſentare per obitum primi.

Et deciſ. 207. & 277. lib. 2. ſecus foret ſi nominatio per ſubſecutam collationẽ, vel nominationẽ effectuata exiſteret, quo caſu res deſiſteret eſſe integra, *Wameſ.* 72. *Conſ. 223. num. 17.* prout Cæſar ſiue Imperator, qui vtitur authoritate Apoſtolica delegata, & delegatus ad conferendum beneficium, ſi nulliter conferat non ob id impeditur quin ipſe iterum poſſit conferre, ſi primo nulliter contulit quia Princeps ſeu Papa videtur mãdaſſe prouiſionem effectualem, & beneficia Principum debent interpretari benigne, *Cutierez Canonicar. quæſt. lib. 2 c. 2. n. 33.*

Donec preces ſint plenum effectum ſortitæ. Vide additiones præcedentes, littera h. i

Noua opus habeat collatione, priuilegium primariarum precum non tribuit k poteſtatem conferendi, ſed faciendi vnum recipi *Grat. diſcept. Foren. cap. 478. num. 16. Mandoſ. ad Reg. cancell. 11. quæſt. 12. num. 8.* ad quem effectum deputantur exe- 73. cutores, qui compellant ordinarios per cenſuras Eccleſiaſticas, ad relaxandas opportunas prouiſiones, vt habetur in forma conceſſionis precum ordinaria. *Nominamus & deputamus authoritate Apoſtolica Executores N. & N. &c. vt ad parendum per cenſuras Eccleſiaſticas compellant, &c.*

Ius habẽt inſtituendi niſi illis ex priuilegio, vel indulto Apoſtolico com- l petat, *Ioan. de Selua de beneficijs part. 2. quæſt. 23. num. 22. Burſatus Conſ. 126. num.* 74. *38. & num. 45. verſ.* ſeu ad laicum ex ſimili priuilegio, quod priuilegium, 75. etiam fœminæ competere poſſe dicit, idem *Ioan. de Selua cit. num. circa finem*

K *Nicol.*

Nicol. Boler deciſ 3.

m *Seu donatio*, eſt communis omnium DD, opinio Principem non poſſe rem
76. vni datam, eandem poſtea alij dare, vt prædictum eſt littera D. *Adrianus Gylmannus in ſuo tract. intitulato Faſciculus ſupplicat. pro proceßibus ſuper varijs Imperij Romani conſtitutionibus &c. tom. 1. part. 3. vot. VIII. num. 19. Andreas Gaill. lib. 2. obſeruat. 55.*

n *Si Preciſta efficiatur miles*, quærit *Hieronimus Gigas in ſuo tract. de penſionibus, quaſt. 55.* an penſio extinguatur ſi penſionarius fiat miles, concludit *num. 3.*
77. per militiam penſionem extingui, quando reſeruata fuit illi qui beneficium dimiſit, vel iura ſua ceſsit, *Ioan. Baptiſt. Caccialup. dict. tract de penſionibus quaſt. 15. num. 2.* non extingueretur autem ſi eſſet aſsignata pro officio, vel ſeruitio temporali iam impenſo, vel impendendo *dict. num. 2.*

o *An Cæſareæ preces ſint iuris fauorabilis vel odioſi*, videntur iuris fauorabilis, & extendendæ ad inſtar priuilegiorum Louanienſium, quia Cæſar non
78. tam iure priuilegij, quàm gratiæ, videtur gratia dictarum precum, ſiue nominationum potiri, & frui, intuitu ſcilicet aduocatiæ, & protectionis vniuerſalis ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, & *Wameſ. conſ. 252. num. 1. de prabend.* infert vt ſequitur. Nam quamuis Nominationes huiuſmodi ſtudiorum cauſa conceſſæ latiſsimè pateant quia non Iure priuilegij ſed gratiæ cenſeantur, ac propter fauorem ſtudiorum extendendæ magis quàm reſtringendæ, cap. ſuper gratia de officio delegati in 6. ſimiliter priuilegia Cæſarea reſpectu & intuitu ſuæ aduocatiæ non reſtringendæ, ſed ampliandæ videntur, intellige tamen citra præiudicium iuris tertio quæſiti, & iuxta tenorem facultatis Apoſtolicæ.

Alio, Abbate conſtituto, nam appellatione Prælati, vel dignitatis venit & continuatur ipſa prælatura & dignitas, ſic vt cedente vel decedente Abbate, ſiue Prælato ſucceſſor perficere debet: quia dignitas nunquam moritur *cap. quoniam Abbas de officio & poteſtate Iudicis delegati*, cum iuriſdictio ſit penes loca & dignitates, non penes perſonas, *Innocen. dict. cap. quoniam.*

p *Licet in hac patria Leodienſ.* cuius Clerus præ cæteris Europæ nationibus
79. tanto nobilior & ſpectabilior exiſtit, quoniam ab annis octingentis & amplius continuò floruit in fide Apoſtolica Romana, & etiam nunc floret, vnde legitimè dicta eſt: SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ FILIA, dum ſalutaribus iſtis ſcitis ſtudet auitam, pietatem, & religionem ſartam tectamque conſeruare de qua etiam exteræ nationes atteſtantur nullum eſſe in Chriſtiano orbe locum

q *Quo plura emineant templa ſacrata Deo.*

80. Quod ante annos quadringentos vidit eruditiſsimus Franciſcus Petrarcha, dum Ciuitatem hanc pertranſiens, illud elogium ei reliquit.

Vidi Leodium inſignem Clero locum.

Eraſmus à Chokier frater meus de Iuriſdict. ordinaria in exemptos tom. 1. part. 2. quaſt. 47. num. 12.

r *Conſtitutio 58. Pij quinti*, quæ incipit quanta Eccleſiæ quæ hic adijcitur
81. deſumpta ex *Bullario conſtitutionum Pij IIII. & Pij V. ac Gregorij XIII. pagina mihi*

tibi 94. coll. 2.

Quanta Eccleſiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat miniſtrorum in eam ingreſsio vitioſa iam latè perſpiciant & cum mœrore expedant Præſules omnes, & Paſtores quando hæc pernicies cęterarum omnium maxima tam multas orbis Eccleſias impiè violauerit, quia vero hoc malum cùm in cæteris frequens, tum maximè in Beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum dimiſsione admittitur, nemini moleſtum eſſe debet quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoſcuntur, certam aliquam rationem tandem inituri officij noſtri partes in prohibenda omnibus, interim reſignationum huiuſmodi receptione paulò ſeuerius interpoſuerimus, omneſque beneficiorum interim reſignandorum diſpoſitiones quæ fierent in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullum per eas ius in illis, neque titulum vel coloratum tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ipſis prouiſis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore, Collatores vero alias in illorum diſpoſitione, etiam tanquam deuolutionis iure ſeſe interponere non poſſe, ſed de eis vt vere vacantibus, ſiue per Romanum Pontificem, ſiue alios Collatorum eorundem ſuperiores vti præuentum eſſet libere prouideri, nunc autem intendentes inſtitutum hoc noſtrum quod ſanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino proſequi, ac ſimul quantum in Nobis eſt cauere ne reſignationes ipſæ dehinc pro cuiuſcumque arbitrio, nulliſque vel certe leuibus cauſis paſsim & temerè admitantur, prohibitionem & alia prædicta, ac cætera omnia noſtris ſuper his litteris contenta eatenus relaxamus, vt poſthac Epiſcopi & alij facultatem habentes eorum dumtaxat reſignationes recipere & admittere poſsint, qui aut ſenio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti vel vitiati, aut crimini obnoxij, cenſuriſque Eccleſiaſticis irretiti aut nequeunt, aut non debent Eccleſiæ vel beneficio inſeruire, ſeu qui vnum aliud, ſeu plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, religionem quoque ingreſſuri, vel matrimonium contracturi, ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur, denique cum quis ex alijs caſibus acciderit qui conſtitutione fœlicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Eccleſijs, edita continentur, qui etiam ob Capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij reſidere ſecuri, ſed nec horum vllus ſacro ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi ſit ei aliunde quo in vita poſſit commodè ſuſtentari, adhæc beneficiorum & officiorum permutationes admittere, quæ canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur, caueant autem Epiſcopi & alij prædicti, itemque omnes Electores, Preſentatores, & Patroni tam Eccleſiaſtici quam laici quicumque ſint, ne verbo quidem aut nutu vel ſigno futuri in eiuſmodi beneficijs & officijs ſucceſſores, ab ipſis reſignantibus aut alijs eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio, inter eos vel etiam intentio qualiſcumque intercedat. Ceterum prę-

 cipimus

cipimus atque interdicimus ne ipſi Epiſcopi aut alij Collatores de beneficijs officijs reſignandis prædictis, aut dimittentium conſanguineis affinibus vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere, quod ſi ſecus ac etiam quid quid præter vel contra formam prædictorum fuerit à quocumque temere attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere, qui vero contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur à beneficiorum & officiorum collatione, nec non electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, prout cuique competierit, tamdiu ſuſpenſi remaneant donec remiſſionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia ſeu officia receperint eos prædictis pœnis volumus ſubiacere, & nihilominus in eos qui ſic ſuſpenſi conferre, eligere, præſentare, confirmare vel inſtituere, auſi fuerint excommunicationis quoad perſonas, quo vero ad Capitula & Conuentus à diuinis ſuſpẽſionis ſentẽtias, ipſo facto promulgamus, quibus etiam nullus alius quam ipſe Romanus Pontifex, ſiue abſolutionis, ſiue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertiri prohibitione, & litteris noſtris prædictis, nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris, nonobſtantibus quibuſcumque priuilegijs, indulgẽtijs, & litteris Apoſtolicis generalibus et ſpecialibus, quibuſcũque Epiſcopis & alijs ſuperioribus ac inferioribus Eccleſiarum Prælatis, necnon Eccleſijs, Monaſterijs, Capitulis, Cõuentibus, Collegijs, & Vniuerſitatibus, eorumque & alijs perſonis etiam Regia & Imperiali Majeſtate prædictis, ſub quacũque verborum forma & cõceptione conceſſis, per quæ effectus præſentiũ impediri poſſet, quomodocũque vel differi, etiamſi de ijs ipſorumque totis tenoribus ad verbum ac de proprijs nominibus eorum necnõ Monaſterijs, Eccleſijs, locis, ordinibus, & dignitaibus quibus necnon cauſis propter quas illa conceſſa ſunt ſpecialẽ & expreſſam præſentibus fieri oporteret mentionẽ Cæterum iubemus eaſdem præſentes ad valuas Baſilicæ princicipijs Apoſtolorũ de vrbe, & in acie campi floræ publicari, & earum exempla affigi: volumuſque eas ſic publicatas omnes & ſingulos perinde afficere & obligare, ac ſi illis ipſis fuiſsẽt ſingulariter intimatæ exẽplis quoque prædictis etiam impreſſis, manuque Notarij publici & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel eius Curiæ obſignatis, eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ, nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ relaxationis, præcepti interdicti, decreti, promulgationis, iuſſionis & volontatis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1568. Kal. Aprilis Pont. noſtri anno tertio.

Beneficia creata poſt preces Caſareas. An beneficium ad effectum vt cadat
82. ſub gratia expectantis ſufficiat quod ante gratiam fuerit fundatum, licet conſenſus & authoritas Epiſcopi ſuperueniat poſt eam obtentam, videatur *deciſ. 11.* in antiquis de iure Patronatus.

XIX. Neque beneficia commendata, neque Coadiutoriæ cum futura ſuc-
ceſſione, attento quod Cæſar omne ius ſuum quod habet metiatur ex facultati- 83.
bus à ſancta ſede per Indultum ſibi tributis quibus reſtringitur ad terminos
vacationis, quæ vacatio non datur in Coadiutoria expedita cum futura ſucceſ-
ſione, attentis clauſulis ex nunc prout, ex tunc *Seraph. deciſ. 1149 num. 2.* & a-
lijs derogatoriarum derogatorijs, quarum notula ad facilitandum Domini le-
ctoris animum iuxta ſtylum Curiæ Romanæ, cuius obſeruantia debet ſeruari
in omnibus alijs Curijs maximè cum agitur de interpretatione litterarũ Apo-
ſtolicarum, *Farin. part. 1. deciſ. 196 num. 2*)

Sequitur *Canonicatum & Præbendam &c. quamprimũ illi per ceſſum vel, deceſſum ip-
ſius N etiam apud ſedem Apoſtolicã, ſeu etiam in aliquo ex menſibus in quibus beneficiorum
Eccleſiaſticorum diſpoſitio nobis, & ſedi Apoſtolicæ per cõſtitutiones Apoſtolicas, aut Cance-
lariæ Regulas editas, vel edendas, ſeu litteras alternatiuarum, aut quæuis alia priuilegia, &
Indulta hactenus conceſſa & in poſterum concedenda competant, reſeruata exiſtat vacare
contigerint &c cum plenitudine iuris Canonici, & omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis tibi
ex nunc, prout ex tunc &c. Apoſtolica authoritate prædicta cõferimus & de illis etiam pro-
uidemus, ac illos tibi collatos, & de illis prouiſum tibi eſſe, ac ex nunc plenũ tibi ius in illis &
ad illos vere, & non ficte acquiſitum exiſtere, teq; beneficio regularum noſtrarum de non tol-
lendo iure quæſito, ac de annali, & triennali poſſeſſoribus gaudere, & Canonicatũ & Præben-
da in primo dictos, & de cætero, & ex perſona ipſius N. ad hoc vt de illis alteri, quã tibi proui-
dere poßit, minime vacare poſſe, ac ex nũc omnes ſingulas & collationes, prouiſiones & quaſ-
uis alias diſpoſitiones, de primo dictis Canonicatu & Præbẽda, quouis modo vacaturis in al-
terius quã tui fauorem etiam per nos & Sedẽ prædictã, & cum quibuſuis clauſulis & decre-
tis faciendas, tanquam præter mentem & intentionẽ noſtram factas nullas & inualidas nu-
liuſq; roboris vel momenti fore, nullumq; per eas ius cuiquam acquiri, vel coloratum titu-
lum poßidenti tribui ac eaſdem præſentes ſub quibuſuis reuocationibus &c. etiam motu pro-
prio & ex certa ſcientia &c. minime comprehendi &c.* Quibus non obſtant concorda-
ta Germaniæ, ſignanter vbi acceſſit Ordinarij Conceſſus, etiamſi coadiutoriæ
officium exercere non cœpiſſet, vt tradit *Far. part. 2. deciſ. 570. num. 2.* per ver- 84.
ba ſequentia, *affectio vila eſt manifeſta ex gratia ſanctiſsimi, Coadiutoriæ & futuræ
ſucceßionis eidem Petro etiam ſpecialiter in hunc caſum in quo coadiutus deceßit antequam
ipſe litteras intimaſſet, vel coadiutoris officium exercere cœpiſſet conceſſa, ex qua manus ap- 85.
poſitione beneficium ita remanſit affectum, vt nullus inferiore circa illud potuerit amplius
intromittere*, neque in ſimilibus coadiutorijs quæ in forma expeditæ exiſtunt re- 86.
quiritur noua collatio *Garcias part. 4 cap. 5. num. 75.* ex quo Coadiutor iam ſit 87.
deſignatus Canonicus, licet effectus differatur, ad illud tempus quo fuerit fa-
ctus locus ſucceſsioni, per ceſſum, vel deceſſum ſeu quamcumque aliam dimiſ-
ſionem, nec dubitandum eſt quin Papa poſsit eiuſmodi coadiutores deputare,
Garcias dict. cap n 19. 20 21. quæ attento conſenſu dicitur fauorabilis *Mandoſ. ad Re-
gul. cancel. 11. quæſt. 6. nu 2.* neque mouet *cap. 7. Concil. Trident ſeſſ. 25. de reformat.* ſi ei
per Sedem Apoſtolicam fuerit derogatum, nec neceſſario eſt ſpecifica Conci-
lij Trident derogatio, ſed ſufficit generalis per clauſulam nonobſtantiarum

Emanuel Roderic quæſt. Regul. tom. 3. quæſt. 39. reprehendens illos qui in aliam iuerint ſententiam cum in dicto Concilio fuerit excepta authoritas ſanctæ Sedis, & ita reſoluit ſacr. Congregatio Cardinalium Concilij Trident. interpretum *ad cap. 21. ſeſſ. 25.* non opus eſſe ſpeciali derogatione in conceſsionibus ſanctiſsimi D. noſtri Papæ aduerſus concilium factis, & ſecuta eſt Rota coram Pamphil. in cauſa ſancti Angeli penſionis 16. Decembris 1594. & in alia ferentina penſionis 25. Ianuarij 1602. coram Domino Ortembergo *num. 3.* & in vna alia Bonien. Prioratus 9. Iunij 1609. coram R. P. D. Manzanedo *Far. part. 2 deciſ. 179 num 6.* & Pius V. anno 1570. per ſuum motum proprium declarauit neque ſpeciali neque generali derogatione Concil. Trident. opus eſſe in quibuſuis conceſsionibus Apoſtolicis propria manu Papæ ſignatis, cuius motus proprij tenor exſtat apud *Garciam Tractatu de beneficijs part. 4. cap. 5. num. 33.* vt ſequitur.

Motu proprio &c. Cum plerumque contingat dubitari in cauſis Rotæ, auditorio noſtro & alibi pendentibus ſuper prouiſionibus & commendis, vnionibus & alijs diſpoſitionibus, ac alijs gratijs Apoſtolicis quæ contraueniunt decretis Concilij Trident. ſit opus ſpeciali derogatione eiuſdem Concilij, Nos quæcumque dubia deſuper mota & mouenda ſubmouere volentes, ac quorumcumque decretorum Concilij huiuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes motu ſimili &c. ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione declaramus neque ſpeciali neque generali derogatione eiuſdem Concilij opus fuiſſe & eſſe in quibuſuis Collationibus, prouiſionibus commendis, vnionibus, &c. & alijs diſpoſitionibus de quibuſuis beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura ſecularibus, & quorumuis ordinum Regularibus, etiam Monaſterijs Conuentualibus, & Conſiſtorialibus, ac curam animarum habentibus, quæ quomodolibet vacarunt, & vacabunt, ac etiam gratiam & iuſtitiam concernentibus & alijs gratijs ac conceſſionibus Apoſtolicis per nos ac fœlicis recordation. Pium Papam quartum Prædeceſſorem, necnon quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, noſtra tamen Prędeceſſoris & ſucceſſorũ prędictorum propria manu ſignatis, ac ſedem Apoſtolicam quibuſuis Perſonis, Collegijs, & alijs pijs locis, & alias quomodolibet factis & faciendis, ac conceſſis & concedendis, & ita per quoſcumque Iudices &c. & cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quibuſuis cauſis etiam per appellationem pendentibus iudicari & diffiniri debere ſublata &c. irritum quoque decernimus, volentes præſentis noſtri motus proprij ſcedulam in Cancellaria Apoſtolica publicari & in illius libro quinternio nuncupato deſcribi nonobſtantibus quibuſuis conſtitutonibus & ordinationibus Apoſtolicis ſtylo palatij cæteriſque contrarijs quibuſcumque, placet motu proprio.

88. Similiter priuilegium ſiue indultum conceſſum facultati artium Louanien. per Paulum Papam V. non afficit dictas Coadiutorias cum futura ſucceſsione vt decidit *Rota in vna Leod en. 1. Iulij 1652. coram R. P. D. Cierro quæ*

hic ad.

hic adijcitur.

Licet ſanct. mem. Paulus V. Indultum ſeu priuilegium conceſſerit vniuerſitati ſtudiorum Louanien. vt certis ſtatutis menſibus conferre poſſet omnia beneficia in Ciuitate,& Patria & tota Diœceſi Leodien. per obitum vacantia excipit tamen (ſunt verba priuilegij) beneficia Eccleſiaſtica conſiſtorialia,ſeu libris Cameræ taxata Monaſterio &c. necnon quæcumque beneficia apud ſedem Apoſtolicam vacantia, & alias &c , reſeruatione , vel affectione Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruata &c. ſummario informantis *num. 18.* vnde cum dubitari contigerit an Balduino Deyck reſignatario Canonicatus controuerſi obſtent priuilegia Louanien. Domini negatiuè reſponderunt, ea moti ratione in verbis ſupradicti priuilegij explicitè exceptuta fuerint, vt dictum eſt, quæcumque beneficia Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruata , dum enim in propoſito , antequam eueniſſet caſus vacationis per obitum, ſanctiſsimus D. noſter anno 1645. ob infirmitatem qua continuo detinebatur Lambertus Piſſet antiquus Poſſeſſor dicti Canonicatus, illi conſtituit in Coadiutorem cum futura ſucceſsione Guilhelmum Stekelinck, & ſic in eo manus appoſuit, exinde dictus Canonicatus remanſit affectus, ac reſeruatus Sedi Apoſtolicæ, & conſequenter non cadit ſub dicto priuilegio , nulluſque inferior illum conferre potuit , ſed eius collatio ad eandem Sedem Apoſtolicam pertinebat, *Decius in cap. vt noſtrum num 3. de appell Alchor Conſ. 58. nu. 4. Rebuff conſ. 84. nu. 1. per tot Gonzal. ad regul. men. Gloſ. 52. nu. 15 & 49. Pariſ. de reſign. lib. 10. quaſt. 6. ſub nu 59. verſ. quare ſi Ordinarius , Rot. de if. 25. num. 3. & 4. de conceſſ. prabend. in antiquis, & deciſ. 616. nu. 3. part 4. dicnerſ.* & in tridentina Parochialis 5. Decembris 1646. coram me §. reſpectu vero, ac in puncto quod per coadiutoriã inducatur affectio, & reſpondit Rota coram Bon. Memor. Bieretto *deciſ 36. nu. 2.* repetita in recent. *deciſ. 570.* pariter *n. 2 part. 1.* non obſtat quod in eodem priuilegio ſtatutũ fuerit quod dicta vniuerſitas gauderet concordatis Germaniæ , quia in gratia prędictę coadiutoræ, illis expreſſe derogatũ fuit dicto ſummario *nu. 2.* ideoque ſuffragari non poſſunt , conſtito enim de voluntate Pontificis dubitari nequit quin potuerit dictis concordatis derogare; vt in terminis late in prædicta materia firmauit Rota in Leodien. Canonicatus 15. Martij 1810. coram Bon Memor. Card. ſacreto in rec *deciſ. 266. num. 9 part 3.* & in Argentinen. coadiutoriæ 26. Aprilis 1632. coram Reuerendiſsimo D. Terracinen. pariter in recen. *deciſ. 114. num. 1. 2. 3. cum ſeqq. p. 6. & ita &c.* 89.

Seu Eccleſia parochialis. adde *Fat. part. 1. deciſ. 226. & 272. & part. 2. deciſ. 228. & deciſ. 348.* V

Ac potius ex Indulto Eugenij IV. & Sixti IV. quorum Pontif. cum conſtitutiones pro maiori corroboratione cõfirmauit & ampliauit Vrbanus VIII. vt videbit D Lector ex dictæ ſequentis Bullæ & conſtitutionis (prædictarum conſtitutionum confirmatoriæ) ſerie. X 90.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriã Clerum Leodienſem ob eius amplitudinẽ, & ſin . tam erga Sedem Apoſtolicã 91.

deuotio

deuotionem paterno affectu complectentes, de eius priuilegijs non conſeruandis tantum, ſed etiam ampliandis libentiſsimè cogitamus, exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum maioris Eccleſiæ Leodien. petitio continebat, quod alias fœlicis recordationis Sixto PP. V. Prædeceſſori noſtro pro parte Capitulorum dictæ maioris Eccleſiæ, & Secularium ac Collegiatarum Eccleſiarum Ciuitatis & Diœceſis Leodien. & quarumdam particularium perſonarum expoſito, quod cum ipſa Capitula prætexu litterarum piæ memoriæ Eugenij Papæ IIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quas vim concordatorum inter ipſas Eccleſias & Sedem præfatam habere prætendebant, ac quibus inter alia caueri dicebatur expreſſè electiones ad dignitatem maiorem poſt Pontificalem in maiori, & principales in collegiatis Eccleſijs huiuſmodi electiuas per tempora à iure ſtatuta expectari, illaſque approbari, & confirmari vel infirmari debere prout Iuſtitia & æquitas ſuadèderet, atque etiam prætexu litterarum recolendæ mem. Pij. ſecundi & Sixti IIII. ac forſan aliorum Romanorum Pontificum etiam Prædeceſſorum noſtrorum, quibus inter alia idem ipſis etiam de nouo indultum & conceſſum dicebatur quibus etiam litteris prætacti Sixti IV. Prædeceſſoris antiqua conſuetudo approbata prætendebatur, quod tam maioris, quam etiam fere omnium aliarum Eccleſiarum præfatarum Ciuitatis & Diœceſis huiuſmodi maior & Principales dignitates prætactæ, alijs quam Canonicis actu præbendatis ipſius Eccleſiæ maioris conferri aut commendari nequirent, quodque ab iiſdem dignitatibus omnes aliæ præter certas in dictis prætenſis concordatis, indultis & priuilegijs expreſſas reſeruationes erant excluſæ occurrentibus pro tempore vacationibus tam maioris quam Principaliũ dignitatum, huiuſmodi perſonarum idonearum ad illas electiones ad ſe legitime pertinere prætenderent ac poſtea inter prouiſos de illis authoritate Apoſtolica, & electos à præfatis Capitulis ad eaſdem dignitates variæ ſæpe lites & controuerſiæ orirentur, prout ortæ tunc erant, ſeu periculum erat ne inter prouiſos à Sede prætacta de aliquibus ex dictis dignitatibus & ad illas electos orirentur, idem Sixtus V. Prædeceſſor ſupplicationibus ſibi pro parte dictorum Capitulorum deſuper tunc porrectis, inclinatus per ſuas ſub. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, nona Maij Pontificatus ſui anno primo expeditas litteras, concordata, ſeu indulta, & Prædeceſſorum præfatorum litteras moderans, & amplians loco illorum in perpetuum eiſdem Capitulis omnium tam maioris, quam aliarum Eccleſiarum Ciuitatis & Diœceſis prætactarum, & illorum ſingulis vt occurrentibus vacationibus Præpoſiturarum, & Abbatiarum Secularium nuncupatarum, earundem Eccleſiarum tam ſcilicet maioris poſt Pontificalem quam Pontificalium dignitatum Collegiatarum Eccleſiarum huiuſmodi, niſi illæ pro tempore vacantes per reſeruationes in corpore Iuri clauſas, aut ex perſonis inibi nominatim expreſſis diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatæ forent ad liberam

electionem

electionem perſonarum idonearum ad dignitates huiuſmodi procedere libere, & licitè valerent conceſſit, & indulſit, necnon quod electio ipſa intra triginta dies à die vacationis huiuſmodi computandos omnino fieri, & confirmatio intra ſex menſes à die Electionis numerandos à Romano Pontifice pro tempore exiſtente à quo confirmari, vel infirmari deberet, prout æquitas & ratio ſuaderet, petenda eſſet decreuit, prouiſo tamen quod ſic confirmati Ordinarijs ipſis debita præſtarent iuramenta, obſequia, & alia ad quæ de Iure, vel conſuetudine tenerentur, inſuper ne ad Præpoſituram maioris Eccleſię prę-fatæ, quæ inibi dignitas poſt Pontificalem maior, vel ad ſanctorum Petri, Martini, Pauli, Sanctæ Crucis, Sancti Ioannis, Dyoniſij & Bartolomæi, Ciuitatis Leodieñ. necnon Tongreñ. Hueñ. Foſſeñ. Beatæ Mariæ Traiecteñ. Eickeñ. Viſeteñ. Ammanieñ. Cinaceñ. Dionanteñ. & Thudineñ. locorum, ſeu Oppidorum dictæ Diœceſis, ac Beatæ Mariæ Namurceñ. Eccleſiarum, Præpoſituras ſeu Abbatias ſeculares, quæ in Collegiatis Eccleſijs huiuſmodi principales ſunt dignitates, aliæ Perſonæ preterquam Canonici eiuſdem maioris Eccleſiæ actu præbendati, & perſonaliter in ea reſidentes, etiamſi dignitatem aliam in ipſa maiori aut alijs Eccleſijs prædictis obtinerent eligi poſſent, aut deberent, & nequis eorum plures quam vnam ex Præpoſituris, ſeu Abbatijs ſecularibus, vel dignitatibus eiuſmodi inſimul retinere poſſet perpetuo inhibuit, & interdixit, decernens alias quam præfatas in corpore iuris clauſas, & ratione perſonarum ſic nominatim expreſſarum ab ipſo Sixto V. vel eius Prædeceſſoribus, vel Succeſſoribus pro tempore factas, & faciendas ſpeciales & generales, de vacantibus vel vacaturis beneficijs Eccleſiaſticis, & dignitatibus huiuſmodi, reſeruationes etiam der cancellariæ Apoſtolicæ Regulas vel alias quaſcumque Conſtitutiones, vel ordinationes Apoſtolicas etiam perpetuas vel temporales, etiamſi in eis dignitates electiuæ nominatim & in ſpecie reſeruatæ, ac gratiæ & Indulta huiuſmodi in ſpecie expreſſa forent, ad dignitates prefatas minimè extendi, ſed quoties illæ emanarent, toties ipſa Capitula in ſuum priſtinum ius reſtituta, & reintegrata cenſeri debere decreuit, & alias prout in dictis Sixti V. Prædeceſſoris litteris quam vim contractus inter ipſum, & Sedem prę-fatam cum dictis Capitulis initi habere voluit plenius continetur. cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, eadem capitula in poſſeſſione, ſeu quaſi iuris eligendi ad maiorem poſt Pontificalem & Principales dignitates Eccleſiarum huiuſmodi iuxta formam dictarum litterarum exiſtant, certumque ſit non parum ornamenti ipſis Eccleſijs accedere dum ad prætactas dignitates perſonæ ex gremio Capituli dictæ maioris Eccleſiæ (quæ inter inſigniores Chriſtiani Orbis Eccleſias merito connumeratur & in qua nullus niſi doctrina, aut generis nobilitate conſpicuus admitti poteſt) aſſumuntur maximeque verendum ſit ne ſecus plerumque accidat, ſi liberum ſit, aut permittatur dignitates ipſas obtinentibus, illas in ſibi beneuiſarum perſonarum fauorem reſignare; aut ſi ad illas, alij quam ex dicto gremio aſſumantur, quare pro parte Capituli & Canonicorum maioris Eccleſiæ huiuſmodi, & qui ab ipſis pro eorum Iuribus

 tuendis

tuendis & defendendis ad nos & ſedem eandem miſſi ſunt dilectorum filiorum Lamberti de Lamotte Prodecani, & Erneſti de Kerckem, ac Zegheri à Groesbeeck eiuſdem maioris Eccleſiæ Canonicorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſsis opportunè prouidere, eoſque amplioribus fauoribus & gratijs proſequi de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur earundem Eccleſiarum decori, & ornamento ſecurius conſulere volentes ipſiuſque Capituli & Canonicorum dictæ maioris Eccleſiæ ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harumſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes dictaſque Sixti V. Prædeceſſoris litteras, illarumque totos & integros tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illaſque & in ijs contenta quæcumque, ſalua tamen infraſcripta ampliatione & extenſione, approbantes & confirmātes, omneſque & ſingulos tam iuris quàm facti, & quoſuis alios defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint in eiſdem ſupplentes eaſque modo infraſcripto illis alias, & quoad reliqua omnia in ſuo robore permanſuris, ampliantes & extendentes eiſdem Capitulo & Canonicis dictæ maioris Eccleſiæ vt de cætero Præpoſitura maior poſt Pontificalem maioris, & SS. Petri, Martini, Pauli, Sanctæ Crucis, Sancti Ioannis, Dionisij, Bartolomæi Ciuitatis Leodieñ. necnon Tongreñ. Hueñ. Foſſeñ. Beatæ Mariæ Traiecteñ. Eickeñ. Viſeteñ. Amanieñ, Cinaceñ Dionanteñ & Tudineñ. locorum ſeu Oppidorum dictæ Diœceſis, & Beatæ Mariæ Namurceñ Collegiatarum Eccleſiarum, Præpoſituræ, ſeu Abbatiæ ſeculares dignitates inibi Pontificales, in aliorum præterquam Canonicorum eiuſdem maioris Eccleſiæ actu Præbendatorum, & perſonaliter in ea reſidentium fauorem, & niſi etiam ad hoc Capitulorum huiuſmodi ius, ſeu priuilegium eligendi habentium, ſeu maioris partis eorum accedat aſſenſus, etiam cauſa permutationis vel concordiæ etiam in noſtris vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel cuiuſuis alterius ad id facultatem habentis, manibus, nunc & pro tempore illas obtinentibus reſignari, ſeu iurium in illis vel ad illas competeñ. ceſſiones fieri vel in illarum regimine & adminiſtratione aliorum quam Canonicorum dictæ maioris Eccleſiæ actu Præbendarum & Reſidentium, ac de ſimili conſenſu Coadiutorum deputationes impoſterum peti, vel impetrari, ſeu in illas conſenſus præſtari & quæcumque reſignationes & ceſſiones dictis Præpoſituris ſeu Abbatijs aliter quam in fauorem dictorum Canonicorum actu Præbendarum & perſonaliter reſidentium ac de conſenſu prætacto faciendæ etiam Apoſtolica & quauis alia authoritate admitti, aut alij in Coadiutores perpetuos & irreuocabiles in regimine & adminiſtratione dictarum dignitatum, illas nunc pro tempore obtineñ. etiam de eorum conſenſu, & ad eorum inſtantiam deputari nequeant, adueniente vero caſu ceſsionis ſimplicis ſeu ex decreto Apoſtolico dimiſsionis in manibus noſtris, ſeu alterius Romani Pōtificis pro tempore exiſtētis de pre-

tactis Præpoſituris, ſeu Abbatijs ſecularibus Canonicis dictæ maioris Eccleſiæ dumtaxat ac de Capituli ad quod ad Præpoſituram, ſeu Abbatiam ſecularem, de qua ceſſionem ſimplicem , ſeu etiam ex decreto Apoſtolico dimiſſionem pro tempore fieri contigerit electio ſpectat, conſenſu (& non alias) de illis prouideri debeat Apoſtolicâ authoritate, tenore præſentium perpetuò concedimus, & indulgemus, ac quaſcumque Coadiutorum etiam de conſenſu obtinentium, vel motu proprio, de cætero deputationes etiam cum futura ſucceſſione, nec non reſignationes, ceſſiones, ac dimiſſiones huiuſmodi illarumque admiſſiones,& in illarum conſequẽtiam,etiam ex prætextu,ſeu ex eo quod vacatio ex reſignatione, ſeu dimiſsione in manibus Romani Pontificis facta & per eum admiſſa oriens ſub reſeruatione in corpore iuris clauſa comprehendatur,aut comprehenſa ac propterea ab indulto dicti Sixti V.Prædeceſſoris quod ad tales reſignationes ac dimiſſiones & vacationes ex ijs orientes ; & quoſuis dictarum dignitatum vacationum modos etiam ex quibus generales reſeruationes in corporis iuris clauſæ vbicumque & quandocumque reſultent, authoritate & tenore præfatis extendimus, excepta dici, videri, cenſeri, aut interpretari poſſit, vel etiam debeat at quorumuis aliorum quàm maioris Eccleſiæ Canonicorum actu Præbendatorum & perſonaliter reſidentium fauorem, & de conſenſu Capitulorum ad illas eligendi Ius habentium huiuſmodi,etiamper nos & ſedem præfatam,etiam motu ſimili & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam conſiſtorialiter, ac cum præſentium derogatione,& cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs & alijs efficatioribus & inſolitis clauſulis irritantibuſque & alijs decretis de dignitatibus præfatis facien. collationes, prouiſiones, commendas, commiſſiones,conceſsiones, aut quaſuis alias diſpoſitiones, tanquam præter mentem & intentionem noſtram, ac in præiudicium dictorum Capitulorum & Pręhendatorum eorumque iurium & priuilegiorum factas, nullas & inualidas, nulliuſque roboris & momenti fore, nullumque per eas cuiquam ius(aut etiam coloratum) legitimũ poſsidendi tribui : Præſentes verò litteras de ſubreptionis vel obreptionis vitio, etiam ex eoquod intereſſe forſan habentes ſeu habere prætendentes,ad id vocati & auditi non fuerint, & cauſæ propter quas emanârint, iuſtificatæ & verificatæ non fuerint,notari non poſſe, minuſque ſub quibuſuis ſimilium vel diſsimilium gratiarũ reuocationis, ſuſpenſionibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi , ſed ſemper ab illis excipi perpetuoque validas & efficaces exiſtere, & quoties illas reuocari, ſuſpendi, aut contra eas aliquid diſponi contigerit, toties in priſtinum & validiſsimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ſeu de nouo, & ſub quacumque poſteriori data per dicta Capitula quandocumque eligenda conceſſas eſſe & fore, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices ordinarios vel delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores,ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos & Nuncios iudicari & diffiniri debere,ac irritum & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ig-

vel ignoranter contigerit attentari, eiſdem authoritate & tenore decernimus nonobſtantibus præmiſsis, & quatenus opus ſit ſimilis memoriæ Benedicti Papæ XII. pariter Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit ad regimen, alijſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, dictarũque Eccleſiarum iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, vſibus & naturalibus Priuilegijs, quoque Indultis & litteris Apoſtolicis illis eorumque Capitulis, Præſulibus, & alijs Superioribus & perſonis ſub quibuſcũque tenoribus & formis, etiam cum quibuſuis clauſulis & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſsis & approbatis, & innouatis, quibus omnibus etſi de illis eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quæuis alia expreſsio ad hoc habenda foret, tenores huiuſmodi pro plenè & ſufficienter expreſsis habentes hac vice dumtaxat illis alias in ſuo robore permanſuris harum ſerie ſpecialiter & expereſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, per preſentes autem non intendimus, illis ad quorum fauorem Præpoſituræ ſen Abbatiæ ſeculares, præfatæ vel earum aliqua reſignatæ, vel coadiutoriæ cum futura ſucceſsione ad Præpoſituras vel Abbatias ſeculares prætactas, vel earum aliquam, ſeu aliquas Apoſtolica authoritate iam conceſſæ reperiuntur præiudicare, eaſdemque præſentes quominus reſignationes iam admiſſæ, ſeu coadiutoriç iam conceſſç ſuum debitũ conſequantur effectum vllo modo in aliquo volumus non obſtare, nulli ergo omnino hominum liceat hac paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ampliationis, extenſionis, conceſsionis, induiti decretorum & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum & eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud ſanctum Petrũ Anno incarnationis Dominicæ 1626. kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno tertio.

91. *Electiuaſ ob conſtitutiones*, per conſtitutionem Sixti Papæ Præpoſitis electis conceditur ad ſex menſes libera facultas exercendi omnimodam iuriſdictionem, necnon fructus percipiendi & erigendi &c. data Cautione in manibus Sanctiſsimi ſeu eius Nuntij de fideliter adminiſtrãdo prout ex eius conſtitutione videre eſt, cuius tenor ſequitur.

92. Ad perpetuam rei memoriam, ea quæ executionem Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ impedire, ac ad bonorum Eccleſiaſticorum diſpoſitionem tendere perhibentur neceſſe eſt pro noſtri Paſtoralis oficij debito è medio remouere, Cùm itaque initio Pontificatus noſtri quędam concordia inter Sedem Apoſtolicam, ac dilectos Filium Clerum Eccleſiæ Leodien. vt videlicet Capitulis permittatur electio ad Præpoſituras huiuſmodi pro tempore vacantes, ad Sedem vero prædictam pertineat dictarum electionum cõfirmatio inita, & contracta extiterit, prout in litteris Apoſtolicis, Sub Datum Romæ apud ſanctũ Petrum nonis Maij, Pontificatus noſtri anno primo, expeditis latius contineri dicitur, & in concordia huiuſmodi, caueatur expreſſe quod pro tempore electi ante confirmationem Apoſtolicam nullo modo in adminiſtratione Præpoſitu-

rarum

rarum prædictarum, earumque fructuum & bonorum ſe ingerere poſſint, compertumque fuerit re ipſa ſicut nuper accepimus, prohibitionem prædictam valde eſſe damnoſam, pro eoquod omnes Præpoſituræ huiuſmodi habent annexam iuriſdictionem temporalem etiam priuatiuæ quoad alios, & contingit nonnunquam labi multos menſes antequam confirmationes Apoſtolicæ deſuper expediantur, vnde euenit quod ceſſante iuriſdictione Præpoſiti, nemo ſit qui interea iuriſdictionem miniſtret, aut bonorum prouentuum & reddituum dictarum Præpoſiturarum curam gerat, cupientes itaque huiuſmodi incommodis obuiare per preſentes perpetuò ſtatuimus, ordinamus, & permittimus, quod præpoſiti ad dictas Præpoſituras pro tempore electi à die electionis ſuæ ad ſex menſes immediatè ſequentes computandos, iuriſdictionem prædictam exercere, necnon bona, res, fructus, reditus & prouentus Præpoſiturarum exigere, percipere, leuare, & adminiſtrare liberè & licitè poſsint, præſtita tamen prius cautione idonea in manibus noſtri & Sedis Apoſtolici Nuntij pro tempore in illis partibus exiſtentis, de fideliter adminiſtrando, necnon quatenus eorum Electiones intra dictos ſex menſes non fuerint confirmatæ, de reddendo fideli computu adminiſtrationis huiuſmodi, ac de reſtituendo redditus, fructus, & prouentus quoſcumque per eoſdem Præpoſitos vt præfertur exactos & perceptos in manibus dicti Nuntij, nonobſtantibus dicta concordia quoad illius partem, cæteriſque in contrarium facientibus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die IX. Nouembris 1588. Pontificatus noſtri anno quarto.

Ne Laicus propter Clericum perdat priuilegium, vide quæ notaui *ad Regul.* VIII. *Cancel. gloſſ. 1 nu. 3.* quid de iure patronatus competentis cõfraternitatibus, *Rochus de Curt. de iure patronat. verbo ius quæſt. 2. in tertia quæſt. acceſſoria num. 25.* diſtinguit inter perſonas Eccleſiæ adſcriptas, & habitum religioſum gerentes, & alias non habentes dictas qualitates, quæ coram Iudice laico conueniri poſſunt, quem ſequitur *Couar. pract. quæſt. cap. 36. verſ. 2. quæritur num. 8.* aa 94.

In vno beneficio, & *iuxta Grat. diſcept. Forenſ. cap. 418. num. 15.* priuilegium primariarum precum operatur vt collator non poſsit niſi ſemel grauari *Beier. deciſ 32.* bb

Monocularia igitur beneficia, vbi mandatur de dignitate aliqua vel beneficio in certa Eccleſia prouideri alicui, ſi in eadem Eccleſia ſit tantum vna dignitas vel vnum beneficium, de illa dignitate aut beneficio non poterit eſſe, pro quo ſcribitur fieri prouiſio, ſi mandatum dirigatur cum clauſula, quod is ad quem ſcribitur habeat diſpoſitionem aliquorum beneficiorum, quia relatiuum aliquorum, ſiue aliqua eſt relatiuum ſupponens diuerſitatem, & ſic pluralitatem, *Ioannes de Vanguel in ſuo breuiario Clementinarum Clem. 1. concluſ. vltim. de præbend.* dd 95.

Omnem poteſtatem à ſe non abdicauit. Gonzal. ad Reg. VIII. *Cancell. in procemio §. 2. num. 18. & ſeq.* cc

ee *Seu collatione*, per nominationes Regum quas benignas & beneuolas preces vocant, non datur collatio, ſed conceditur poteſtas faciendi recipi.
69. *Mando'. ad Reg. Cancell. 11. quaſt. 13. num. 8. Boier. deciſ. 32. num. 8. Grat. diſcept. Forenſ dicto cap. 478. num. 16.*

SVMMARIVM SECTIONIS III.

1. *Dictio & clauſula ſimul & ſucceſsiuè.*
2. *Cæſar poteſt ſub eodem diplomate & vnico contextu vnum denominare ad plura beneficia.*
3. *In vno & eodem actu, ſiue in vna & eadem charta teſtamenta coniugum valide expediri poſſunt & ſubſiſtunt.*
4. *Acceptatione vnius beneficij cætera nominationes ceſſant & conſumuntur.*
5. *Clauſula ita tamen quod quamprimum perſona ſic nominata de aliquo beneficio prouiſa fuerit, eius nominatio quoad alios Collatores & Collatrices ipſo iure expiret; prima prouiſione, ſiue collatione effectuata.*
6. *Ordinarius non poteſt niſi ſemel grauari.*
7. Et 27. *Dignitas cum Canonicatu in eadem Eccleſia pro vnico beneficio computatur in hac primariarum Precum gratia vt decidit Rota.*
8. *Poſſeſſor pacificus incompatibilium ipſo iure priuatur beneficijs.*
9. *Pacifica Poſſeſsio qua dicatur.*
10. *Verbum incontinenti quomodo interpretetur.*
11. *Effectus poſſeſsionis conſiſtit in perceptione fructuum.*
12. *Beneficium ſine fructibus non eſt beneficium.*
13. *Ad effectum vt per aſſecutionem vnius beneficij vacet primum requiritur perceptio fructuum, ſaltem maioris partis, ne interim Beneficiatus mendicare cogatur contra Concilium Tridentinum.*
14. *Stallum in choro & vox in Capitulo non habentur pro fructibus Canonicatus ad effectum incompatibilitatis.*
15. *Lis mota in aſſequendo poſſeſsionem ſecundi beneficij excludit vacationem primi.*
16. *Incompatibilitas duobus modis conſideratur.*
17. *Epiſcopus non diſpenſat quoad incompatibilia.*
18. *Eccleſiarum vicinitas, & fructuum tenuitas non excuſant ab incompatibilitate.*
19. *Decretum quod ſolet apponi in prouiſione Apoſtolica quoad incompatibilia.*

20. *Incom-*

20. *Incompatibilitas ſimplicium beneficiorum quando inducatur.*
21. *Ceſſat incompatibilitas accedente diſpenſatione Papæ.*
22. *Diſpenſatus abſque cauſa non eſt tutus quoad Deum.*
23. *Vacant in Curia beneficia eorum qui promouentur ad Eccleſiarum & Monaſteriorum regimina.*
24. *Vt vacent beneficia promoti quatuor concurrere debent.*
25. *De ſtylo Curiæ moderno Papa beneficia promoti ſtatim & ante confirmationem ſeu poſſeſſionis adeptionem conferre ſolet.*
26. *Poſſeſſor incompatibilium non gaudet beneficio Reg. de triennali poſſeſſore.*
27. *Et 7. Deciſio Rotæ in vna Canonicatus & Scholaſtriæ Tongren.*

Sectio III.

ITA quòd Cel.tudo Tua vnam & eandem perſonam ſupradictis Collatoribus, & Collatricibus ſimul, [a] *vel ſucceſſiue nominare poſsit* [b] *Ita tamen quòd quàmprimùm perſona ſic nominata, de aliquo beneficio prouiſa fuerit, eius nominatio quoad alios Collatores, vel Collatrices facta ipſo iure expiret & quoad eaſdem Preces, Canonicatum,* [c] *& præbendam ac dignitatem, ſeu perſonatum, adminiſtrationem, vel officium in vna Eccleſia pro vnico dumtaxat beneficio computari debere declaramus.*

SCHOLIA IN SECTIONEM III.

SIMUL VEL SVCCESSIVE) Illa dicuntur fieri ſimul, quæ fiunt etiam vnum poſt aliud ſine interuallo, *not. gloſ. in l. quærebatur, ff. de milit. teſtam. fac. tex. cum glo. in l. ſi Stichum, §. ſi quis ita, ff. de nouat.* • Succeſſiuè verò quæ fiunt diſtinctis ex interuallo temporibus, *arg.* a
Jnſt. de Succeſſ. edict & ff. & C. eod. tit. Itàque Cæſar poterit vnico 2.
contextu quempiam nominare ad plura beneficia, etiam in diuerſis Eccleſijs conſtituta, totque cenſebuntur eſſe nominationes, quot erunt beneficia, atque quis nominatur, licet vnico diplomate comprehenſa *l. ſcire debemus ff. de verb. oblig. l. Titia §. vlt. ff. de verb. oblig.* ſufficietque diuerſis nominationibus eadem charta comprehenſis vnica ſolemnitas, *l. ſi quis ex argentareis, §. ſi initium ff. de edendo l. 4. ff. de duo-*

3. *de duobus reis.* Sicut de pluribus in eadem charta teſtantibus ſcripſit plenè Peckius *de teſtam. coniug. lib. cap.* 19. Licet ſecus ſit, ſi ſucceſſiuè Cæſar quempiam nominaret ad diuerſas Eccleſias, tunc enim quęlibet nominatio quodlibet ſolenne nominationis diploma requireret, *d. l. ſcire debemus, l. ſi quis eum, §. 1. ff. de vulg. & pupillari, ſubſtit*
4. *Ang. §. igitur, Inſtit. de teſtam. vbi etiam Io. Faber.* Verùm acceptatione vnius beneficij, cæteræ nominationes conſumuntur, vti liquet ex textu huius Indulti: ex quo etiam vides quòd Preces Cæſaris ſeſe extendant ad quoſlibet Collatores vnius vel plurium Eccleſiarum, v. g. ad Decanum vel alium Prælatum eiuſdem Capituli, & tot eiuſdem Eccleſiæ grauari poſſunt, quod in ea reperiuntur, modo tamen quatuor beneficiorum collationem habeant, vt alibi dicemus.

ITA TAMEN QVOD.) Dubitatum fuit in Rota de ſenſu & interpretatione huius clauſulæ reſtrictiuæ: Aliqui enim ſic eam interpretabantur, quod vni perſonæ, quæ vigore primariarum precum ſemel aliquod beneficium aſſecuta fuiſſet, non poſſet iterum aliud beneficium vigore aliarum precum conſequi: Verùm re diligentius
b examinata & diſcuſſa, tandem in eam ſententiam itum eſt [b] teſte Illmo. Card. Seraphino, *deciſ.* 738. quod dicta clauſula ſit intelligenda de alijs Precibus, quas eodem tempore quis ad diuerſas Eccleſias à Cæſarea Majeſtate impetraſſet: quod fieri ſolet, non vt omnia illa beneficia impetranti concedantur, ſed vt citiùs, & certiùs pluribus
5. conceſſis eueniat alicuius vacatio; qua eueniente & ſubſecuta collatione, omnes aliæ gratiæ ceſſant, ne præter intentionem concedentis quis plura beneficia conſequatur, cui rei per hanc clauſulam prouiſum eſt, ſed non ideo ſublatam eſſe facultatem iterum alias preces concedendi eidem perſonæ poſt prioris gratiæ conſumptionem. Neque hæc facultas cuiquam parit præiudicum? non quidem S. Sedi Apoſt. cùm eius non interſit, cui fiat collatio; Non etiam Ordinarijs Collatoribus, quia ſemel tantum ratione vnius beneficij grauari poſſunt; Non Eccleſijs, quia ſemel quoque quælibet Eccleſia grauari
6. poteſt; Non Iuris diſpoſitioni, ratione pluralitatis beneficiorum quia
c data incompatabilitate [c] per aſſecutionem vnius, vacat alterum: & in ſumma nulla ſubeſt ratio, cur eidem perſonæ non poſſit Cæſ. Maieſtas huiuſmodi Nominationem iteratò concedere. His igitur rationibus conſideratis ſecundum poſteriorem intellectum decidit ſacrum Rotæ auditorium, *in vna Meten. Canonicatus* 14. *Martij* 1586.

Cui de-

Cui deciſioni conſonant ea quæ ſcribit D. Wameſ. *conſ.* 261. *n.* 1. *vol.* 1. Et Caſſad. *deciſ.* 1. *n.* 1. *de conceſſ. præbend.* Quæ Rotæ interpretatio omnino ſequenda eſt, cùm ſit exploratum, deciſiones Rotales maximi apud omnes eſſe ponderis, & maioris authoritatis quàm cõmunem Doctorum opinionẽ, *Imo, & Barb in cap. olim, Col.* 11. *vt lit. conteſt. Hierom. Cuchalon. ad Reg. iura ſanguinis, de Reg. iuris. Veſtrius in praxi, lib.* 6. *cap.* 1.

CANONICATVM ET PRÆBENDAM) Pontifex hic ſtatuit Canonicatum, & Præbendam, ac dignitatem, ſeu Perſonatum adminiſtrationem vel officium in vna Eccleſia [c] pro vnico dumtaxat beneficio computari debere. Reſcripta enim Pontificum & priuilegia gratiæ in quantum à iure communi recedunt, iuris ſunt odioſi & reſtringenda; Ideoque de ijs neceſſariò hic diſponere debuit Pontifex. *Io. Baptiſta Leonel. de ſurrept. Reſcript. quaſt.* 3. *art.* 7. *Tiraquel. de retract. Conſang.* §. 1. *glo.* 9. *n.* 180. *Fely. cap. Cauſſam quæ, de Reſcrip.*

ADDITIONES.

S*Vcceſſiuè vero*, vt vno tempore ſeu ex certa vacatione Canonicatus & Præbenda alio tempore, & alia vacatione dignitas acceptari poſsit, per ſic nominatum *Wameſ. conſ.* 261. *num.* 1. *de præbend* a

§ *Teſte Illuſtriſsimo Card. Seraphino deciſ.* 728. quem ſequitur *Gratianus diſcept. Forenſ. cap.* 478. b

Per aſſecutionem vnius, vacat alterum, requiritur tamen vt obtinens aliud c
incompatibile, conſequatur poſſeſsionem pacificam ſecundi beneficij incom- 8.
patibilis cum fructuum perceptione, & eſt communis DD. opinio ab omnibus recepta, & pacifica poſſeſsio dicitur, cùm poſtquam quis eſt illam adeptus &
in ea non turbatur incontinenti de facto au de iure mediante lite, vt colligitur 9.
ex Gloſ. in cap. commiſſa §. *annis verſ. pacificam de elect. in* 6. Quomodo autem il- 10.
lud verbum incontinenti interpretetur relinquitur arbitrio Iudicis *Flam. Pariſ. de reſignat, lib.* 3. *queſt.* 1. *num.* 129. *& ſeqq.* fuſè *Nicol. Garz. de beneſ. part.* 11. *cap.* 5. *num* 110. *& ſeqq poſt Caſſad. deciſ.* 9. *num.* 2. *de cauſa poſſ. & propriet.*

Dixi cum perceptione fructuum, quia verba debent intelligi de poſſeſsione
fructuoſa & vtili; & de poſſeſſoribus effectualibus qui fructus percipiunt, 11.
l. bene fide ff. *de acquiren. rer. dom. Burſ. Conſ.* 341. *num.* 21. *& Conſ* 153 *Rota deciſ.* 1. *num.* 1. *de reſtit. ſpoliat in nouis*, aliaque faciunt quæ veri poſſeſſores facere ſolent, ſignanter quod beneficium ſine fructibus non dicatur beneficium, ſed

vulgariter appellatur de pertica ventoſũ & fictum, nam ſicut corpus ſine anima non dicitur homo, ſed cadauer, ita beneficium ſine fructibus beneficiũ dici non poteſt, ex quo non benefaciat, vt habet etymologia nominis, *Ludo. Gom. ad Reg. Cancell. de Annali poſſeſ. quæſt. 47.*

Quid ſi perceptio fructuum ſuſpendatur ad certum & limitatum tempus v. g. ſi reſeruati exiſtant fabricæ vel alteri pio loco ſuſpenditur vacationis effectus, quia non debet reputari vacans, quamdiu alius percipit fructus ſecundi beneficij, iuxta *Gloſſ. fin. in cap. ſi tibi conceſſo, & ibi Io. de Vang. vel concluſ. 1. de præbend. in 6.* ne contra mentem ſacri Concil. Trident. cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere cogatur, *ſeſſ. 21. de reformatione cap. 2.* & in terminis *Cerach. deciſ. 953. num. 1. 2.* vt ſequitur.

Domini ſine difficultate cenſuerunt eſſe procedendum ad vlteriorem executionem ſententiæ latæ in Rota. nam de eius Iuſtitia conſtat, etenim ad effectum, vt per aſſecutionem vnius incompatibilis vacet primum, requiritur perceptio fructuum ex æquitate, *cap. ſi tibi conceſſ. de præbend. in 6. & ibi per DD.* ne interim Beneficiatus cogatur mendicare, vt bene declarat *additio ad deciſ. Rota 3. de præbend. in nou.* quæ requirit, vt adminiſtratio bonorum Eccleſiæ; vel maioris partis ipſorum, vt faciunt not. *per Vital. in Clem. gratia nu. 52. de reſcript.* maximè attenta qualitate huius Canonicatus de Bento, qui nullos habet fructus, niſi ſecuta diſmembratione factâ vigore Bullæ Adriani, & ſic verſamur in proprijs terminis, *cap. ſi tibi.* quod loquitur quando fructus erant alteri reſeruati ad certum tempus, nec Stallum in Choro, & vox in Capitulo habetur pro
24. fructu ad hunc effectum cum ex his nemo ſe ſuſtentare valeat, neque obſtat quod aſſecuta poſſeſſione vacet primum, nec poſſet dimitti ſecundum, vt notat *Gemin. & Franc. in dicto cap. ſi tibi,* quia hoc non ſuffragatur Franciſco ex quo
25. ante aſſecutionem fructuum fuerit mota lis, quæ impedit vacationem primi *Clem. ſi plures de præbend.* vltra quod ex fide data apparet ſtatim in ipſamet prouiſione, & illius poſſeſsione fuiſſe motam litem, quæ excludit vacationem ob aſſecutionem *iuxta Gloſ. in cap. commiſſa, cum ibi notat de electo in 6.*

26. Incompatibilitas autem duobus modis conſideratur, vno modo dicuntur illa incompatibilia, quæ ſimul licitè, & ſine peccato, abſque diſpenſatione retineri non poſſunt, & hoc modo plura ſimplicia in titulum dicuntur incompatibilia, dummodò alterum per ſe ſufficiat, iuxta D. Hieronymum dum inquit.

Tibi dico ô Sacerdos, de altari viuere non luxuriari permittitur, aliàs eſt genus negotiationis, & turpiſsimum auaritiæ vitium.

Alio modo illa dicuntur incompatibilia, per quorum vnius aſſecutionem aliud vacat *Io. Staph. de gratijs expectat. titulo de qualitate & ſtat. benef. num. 10. & 12. C. de multa x. de præbẽd. extrauag. Execrabilis eodem tit.* vbi diſponitur quod quicumque habens beneficium curatum, vel dignitatem, ſi recipit ſecundum tale, vacabit primum ipſo iure, *Par. part. 2. deciſ. 492. num. 1. in poſth.* & ſi vtrumque

retin-

retinere pergat, erit vtroque ipſo iure priuatus abſque alia monitione, *Gonzal. ad Reg. VIII. Cancell. Gloſſ. 51. num. 38. vt pluries deciſum fuit in Rota*, & ita quoque ſoluit *Sacra Congregatio* quæ reſolutio, quia fræquens eius vſus interuenire poteſt hic inſeritur,

Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. Domini, cùm Dominus Arnoldus Pellenrock obtineret Eccleſiam de Richel Leodieñ. Diœceſis, quæ duorum dumtaxat habet adminiſtrationem Sacramentorum, primi videlicet & vltimi, idque ex conceſſione Eccleſiæ Matricis, poſtea obtinuit ab Ordinario Canonicatum & Præbendam in Collegiata Eccleſia Viſetenſi, quæ diſtat à prætacta Eccleſia de Richel quadrantis horæ ſpatio, & cùm per aliquod annos beneficium vtrumque pacificè poſſediſſet, Vicarius ſeu Epiſcopus Leodieñ. dictum Arnoldum diſpenſauit ſuper retentione vtriuſque, attenta prætacta exigua diſtantia, & exiguitate fructuum, modo idem Arnoldus recurrit ad hanc Sacram Congregationem & querit 1. præſuppoſita exiguitate diſtantiæ & tenuitate fructuum dictorum Beneficiorum, an illi obſtet diſpoſitio Concil. Trident. *in cap. 4. ſeſſ. 7. de reformat. & cap. 17. ſeſſ. 24* ita vt deinceps illa retinere non poſſit? 2. præſuppoſito obſtare quoad incompatibilitatem, an ſit ipſo iure priuatus ſine alia admonitione? an vero primò tantum priuandus veniat?

Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trident. Interpretum, ad primum 17.
reſpondit huic Præsbytero Canonicatum & Parochialem aſſecuto obſtare decreta ipſius Concilij & propterea vtrumque retinere non poſſe, Epiſcopique diſpenſationem ad id non ſuffragari, ad ſecundum ſi vtrumque retinere perrexerit eſſe vtroque iure priuatum abſque alia monitione. 18.

Sic quod neque Eccleſiarum vacuitas, nec fructuum tenuitas modo excuſant ab incompatibilitate, vti vberius ſcripſi *ad Reg. Cancell. 52. de diſpenſatione, ad duas Parochiales & dignitates.*

Et hodie in gratia facta de aliquo beneficio habenti aliud incompatibile, ſeu ius ad aliud apponitur decretum, *Quod ipſe Orator infra duos menſes à die habitæ poſſeſſionis ſecundi, ſeu quæ per eum ſteterit quominus illam aſſequatur, primum dimittere, ſeu iuri competenti cedere in manibus Romani Pontificis omnino teneatur, alioquin ambo vacent eo ipſo, ita vt de illis per Sedem Apoſtolicam dumtaxat diſponi poſſit ac irritum, &c.* Per quam clauſulam tacitè diſpenſatur, vt per illos duos menſes poſsit retineri primum cum ſecundo, & ideò ratione illius Bullæ pluris taxatur &c. *Grac. de benef. part. II. cap. 5. num. 55.* nec poteſt excuſare vacationem primi ex eo quod non expediuerit Bullas, ſine quibus non poteſt capere poſſeſsionem, ſi per eum ſtat quominus expediat iuxta deciſ. Rotæ in vna Leodieñ. Canonicatus 9. Decembris 1589. coram Domino Pamphilio, intellige tamen cum grano ſalis ſi poſſeſsio ſecundi fuerit pacifica cum fructuum perceptione, ita vt ſit certus de aſſecutione ſecundi, ne detur caſus quod careat vtroque. *Garc. dict. loco num. 105. & ſeqq. Caſſad. deciſ. 9. num. 2. in fine de cauſa poſſeſſ. & propriet. prout à me dictum eſt ad Reg. Cancell. 51. de diſpenſationibus quoad incompatibilia.*

Nota tamen ſimplicium beneficiorum incomparabilitatem non induci niſi 19.

dicta beneficia requirant continuam & præciſam reſidentiam *Far. deciſ. 578. part. 1. in poſth.* quæ nimirum ex fundatione, vel conſuetudine arcent poſſeſſorem ad reſidentiam ſub pœna priuationis tituli, vt fuit ſimiliter reſolutum coram R. P. D. Orano Leodienſi auditore Rotæ celeberrimo, die 11. Decembris, 1591.

20. Aduerte prædicta eſſe vera, niſi ſuper incompatibilitate Papa diſpenſauerit, vt in ſupra citata *Reg. Cancell. 52. de diſpenſatione ad duas Parochiales.*

Qua interim diſpenſatione nonobſtante, quis non eſt tutus quoad Deum niſi ſubſit cauſa diſpenſandi, vnde D. Bernardus in epiſtola ad Robertum cognatum ſuum:

21. *Non tibi fruſtra quis blandiatur de diſpenſatione Apoſtolica, cuius conſcientiam Diuina Sententia tenet ligatam.*

22. Datur & alius vacationis modus per promotionem ad Eccleſiarum, vel Monaſteriorum regimina, de quo notaui *ad Reg. Cancell. 21. de beneficijs vacaturis per promotionem, & Flamin, de reſignat. benef lib. 3. quæſt. 6. num. 3. Garc. de benef. part. 11. cap. 15. Gonzal. ad Reg. VIII. Cancel. Gloſſ. 15. §. 2. num. 13. & Gloſſ. 51. num. 35.*

23. Quatuor tamen de iure concurrere debent iuxta eundem *Flamin. de reſignat. benef. d. lib. 3. quæſt. 1. num 77.* ſcilicet prouiſio, confirmatio, conſecratio, & adeptio poſſeſſionis, de ſtylo tamen Curiæ tentum eſt, vt ſimul ac per Papam
24. aliquis promotus eſt ad Epiſcopatum, beneficia eius poſſint conferri tanquam vacantia, non expectata conſecratione, quamuis verè vacare non dicantur niſi adepta poſſeſſione, *Flamin, d. loco num. 78.*

25. An autem poſſeſſor triennalis duorum beneficiorum curatorum gaudeat beneficio, *Reg. Cancel. de triennali poſſeſſore Conſule Lud. Gomeſ. ad. d. Reg. de triennali poſſeſſ. quæſt. 10.* vbi negatiuè reſpondet.

Pro vnico dumtaxat beneficio computari debere. & ita Reſoluit Rota in vna Scholaſtriæ Tongreñ. 4. Iulij 1646. terminis ſequentibus.

26.
27. Impetratis per Ioannem à ſacra Cæſarea Majeſtate primarijs precibus, directis Præpoſito Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Oppidi Tongreñ. exiſtentis in Leodieñ. Diœceſi pro aſſecutione Canonicatus cum Præbenda, officio vel dignitate pro vnico beneficio computandis, quem infra menſem à die notæ ſibi vacationis acceptaſſet iuxta tenorem Indulti quo fuerat à Fel. Rec. Vrbano VIII. eidem Cæſareæ Majeſtati conceſſa facultas nominandi perſonas ſibi beneviſas ad quæcumque beneficia primo vacatura intra limites Imperij conſtituta, quamuis Apoſtolicæ Sed. reſeruata fuiſſent vel affecta, eaſdem preces Præpoſito Eccleſiæ Tongreñ. exhibuit Ioannes, vt Canonicatum & Scholaſtriam intra legitimum tempus acceptatos ſibi conferret vacantes per obitum Chriſtophori de antecedenti menſe Septembris ſubſecutum, cùm vero ſolius Canonicatus Collationem obtinuiſſet, ſuper adiudicatione Scholaſtriæ introducta in hoc tribunali mihique cõmiſſa cauſa contra Emundum prouiſum apoſtolicum prius in partibus perſonaliter apprehenſum propo-

propoſui dubium, an Scholaſtria Ioanni debeat adiudicari, & adiudicandam eſſe Domini reſponderunt virtute primariarum precum, quæ eidem præſtant titulum validum pro adiudicatione Scholaſtriæ cõtrouerſæ neceſſarium, poſtquam ſe probat Clericali militiæ adſcriptum, ex teſtimonialibus litteris ſui Ordinarij, & oſtendit Oppidum Tongreñ. intra limites Imperij conſtitutum, ex alia reſolutione *Rotali in vna Leodien. Canonicatus 21. Maij* 1607. *coram* *A. arcemontio* vt tenuit Rota in Germania precum 4. Maij 1618. coram Bon. mem. Coccino relata per *Ioannem à Chokier in Scholijs ad primar. prec. ſect. 4. fol. 63* & in alia Leodieñ Canonicatus 16. Nouembris 1622 inter impreſſas 614. nu. 1. coram Caualer. & coram Creſcent. deciſ. 3. de Præbendis, hinc tollitur obiectio quod huius Scholaſtriæ prouiſio ad Sedem Apoſtolicam pertineret, dum vacauit in menſe Septembri ex concordatis Germaniæ eidem ſedi reſeruato, in eo enim Jndulto non ſolum derogatur Concordatis Germaniæ vt Imperiales preces ſuum valeant effectum ſortiri, ſed omnes tolluntur reſeruationes, ijs tantum exceptis quæ in *Extrauagan. ad regimen de prabend* cenſentur (quibus vacatio præſens non probatur obnoxia) vt aduertit *idem Ioan. à Chokier ad primar. prec. ſect. 4. litt. H. fol 73. Rota coram Caualer. dict. deciſ. 614. num. 4. & in Cameracen. Canonicatus 11. Martij 1644. in verſ. neque vis aliqua coram. R. P. D. meo. Ghiſerio* & adeſt clauſula anteferri quæ Prælationẽ tribuit Ioan. contra Edmundum ab Apoſtolica Sede prouiſum *cap. quodam 40. de prabend. & dignitat. lib. 6. & cap. quoniam & cap. auctoritate 7. de conceſſ. prabend. eodem lib.* 6 & notant Doct. *in cap. mandatum, & in cap. cauſam de reſcript.* vbi inter cæteros *Felin. nu. 26. Oldrad. conſ. 136. num 2. lap. a' legat. 79 num. 1. Card. conſ. 136. num. 5.* & alij relati per *Mandoſ in tract. de ſign. grat. tit. de prouiſ. § 1. clauſula etiam anteferri, Rot deciſ. 54. de conceſ. prabend. in antiq. & deciſ 9. de rer. permut. in non. &c.*

Et ex ea Indulti parte qua Præciſtæ permittitur vt poſſit acceptare Canonicatum & dignitatem ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè, ſiue ex vnius, ſiue ex plurium perſona vacarent tunc enim vnicum reputatur beneficium vt in ipſo Indulto diſponitur, & aduertit idem *Ioan. à Chokier ſect. 3. in fin litt. C. Rota deciſ. 491. num. 1 part. 3 diuerſ.*

Et ex his cenſuerunt DD. adiudicandam eſſe Ioanni ſcholaſtriam controuerſiam, nec attendendas exceptiones prædictas, dum maxime non iuſtificantur ex actis, & à Procuratore exhibentur, de cuius mandato non conſtat & ita act. Romæ.

SVMMARIVM SECTIONIS IV.

1. *Executores debent eſſe in dignitate conſtituti.*
2. *Expectantes debent intra vnius menſis ſpatium à tempore acceptationis per Executeres ſibi prouideri facere.*
3. *Executor an admittere debeat exceptiones contra perſonam vel reſcriptum.*

4. *Executor ante præſentationem litterarum conferre non poteſt.*
5. *Gratia an expiret morte concedentis re adhuc integra.*
6. *Nominationes non tam perſonis Prælatorum, quàm ipſis Prælaturis, ſiue dignitati ſunt.*
7. *Res quando dicatur integra.*
8. *Per fulminationem proceſſus res non dicitur amplius integra.*
9. *An preces expirent morte Cæſaris.*
10. *Succeſſor in Imperio non vtitur priuilegio anteceſſoris, ſi is non fuerit vſus priuilegio.*
11. *Caſus in vna Beatæ Mariæ in Capitolio Vrbis Colonien.*
12. *Preces an morte Cæſaris expirent re integra.*
13. *Mandatum morte legati expirat re integra.*
14. *Priuilegium Cæſ. re integra expirat quia perſonale eſt reſpectu Cæſaris regnantis.*
15. *Executor ſubexecutorem ſubſtituere poteſt.*
16. *Preciſta poteſt per procuratorē acceptare etiamſi præſens in loco exiſtat.*
17. *Facta acceptatione per Preciſtam intra menſem an executor poſſit poſt menſem prouidere.*
18. *An Procurator poſſit eſſe laicus.*
19. *Preciſta an poſſit conſtituere Procuratorem laicum.*
20. *Ratihabitio retrotrahitur.*
21. *Preciſtis an ſint affecta beneficia in vtroque menſe.*
22. *Clauſula duxerit acceptandam, quid operetur*
23. *Preces primariæ an habeant locum in menſibus Ordinariorum.*
24. *An preces afficiant Beneficia in Diœceſi Leodien. in menſibus Ordinariorum.*
25. *Leodien. duplici priuilegio muniti ſunt.*
26. *Preces an habeant locum in quacumque vacatione.*
27. *Preciſta an per ſubſtitutum optare poſſit.*
28. *Ratihabitio Preciſtæ quando valeat.*
29. *A quo tempore menſis datus incipiat currere.*
30. *An Preciſta poſſit acceptare poſt menſem ſi res ſit adhuc integra, & de clauſula nonobſtantiarum huius Indulti, &c. & diligentijs per acceptantes deſuper faciendis.*
31. *Quid ſi Preciſta negligat petere primam an poſſit poſtea ſecūdam nulli adhuc debitam petere.*
32. *Variatio reprobatur.*

33. *Va-*

33. *Variationi quando locus ſit.*
34. *Caſus precum Eccleſiæ Paderbornen.*
35. *Error nominis an noceat Preciſtæ.*
36. *Ordinarius ſi neglecto Preciſta alteri alteri conferat, an poſtea Preciſtæ requirenti poſſit conferre.*
37. *Si concurrant cum Preciſta duo prouiſi vnus à Papa alter à Vicario Ordinarij quid iuris?*
38. *An menſis datus ad acceptãdum currat contra minorem vel impeditum.*
39. *Acceptatio quid.*
40. *Inſinuatione precum ante menſem an ſit opus.*
41. *Et quid ſi fiat Vicario abſente Ordinario.*
42. *An extra Diœceſim facta ſubſiſtat.*
43. *Dictio alias quid importet.*
44. *Beneficia vacantia ex cauſa reſignationis non cadunt ſub precibus.*
45. *Preciſta non impeditur vti precibus ob alia beneficia quæ poſſidet.*
46. *Beneficia difformia quæ?*
47. *Indultum precum relaxat ſtatuta Eccleſiarum in certis caſibus.*
48. *Cæſaris nominationes non proſunt incapacibus niſi cum eis fuerit diſpenſatum.*
49. *Preciſta ſi non fuerit in ætate ſufficienti quid iuris.*
50. *Illegitimi an capaces precum?*
51. *De qua deuolutione hic loquatur textus.*
52. *Preces non afficiunt beneficia litigioſa.*
53. *Lis iniuſta vel calumnioſa an inducat vitium litigioſi.*
54. *Preciſtæ potiori iure gaudent quam nominati ab vniuerſitatibus.*
55. *Priuilegium Ordinariorum Diœceſis Leodien.*
56. *Marcha argenti.*
57. *Quid iuris ſi collatores conferre nolint Preciſtis.*
58. *Quid ſi latitent.*
59. *An Decanus & Capitulum poßit impedire Preciſtam quominus recipiatur.*
60. *Titulus coloratus ſufficit ad tollendam omnem intruſionem.*
61. *Preces tribuunt titulum coloratum.*
62. *Caſus precum Eccleſiæ S. Adel. Aquen.*
63. *Capitulum habet tantum inſtallationis miniſterium.*
64. *Caſus excorabilitatis an comprehendatur ſub Reg. de triennali.*
65. *An triennalis cogatur ad oſtenſionem ſui tituli.*

66. *Litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam.*
67. *Subreptionem quæ indicant.*
68. *An cumulari poſſit titulus precum cum titulo Ordinarij.*
69. *Electa vna via, an ad aliam redire liceat.*
70. *Electa via inutili non tollitur vtilis.*
71. *Executor an conferre poſſit ex cauſa reſignationis.*
72. *Executor poteſt contradictores ſine cauſa excommunicare.*
73. *Secus contradictores de iure.*
74. *Executor an poſſit procedere contra exemptos.*
75. *Executor merus non cognoſcit de meritis cauſæ.*
76. *Executores dati in nominationibus factis per Cæſarem non ſolum ſunt ad compellendum, ſed ad prouidendum.*
77. *Executores plures quando ſunt dati ſecundus adiri non poteſt, non data negligentia primi.*
78. *A ſententia Executoris litterarum Apoſtolicarum non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum.*
79. *Litteræ Apoſtolicæ habent paratam executionem.*
80. *Gratia expectatiua non fulminata an habeat effectum.*
81. *Decretum cum appoſitione menſis ita ligat, vt prouiſio Ordinarij facta intra menſem non valeat.*
82. *Et* 105. *Poſſeſſio relaxata intra terminum ad appellandum nulla eſt.*
83 *Impedimentum debet eſſe tale quod remoueri non poſſit.*
84. *Impedimentum non debet eſſe affectatum.*
85. *Impedimentum allegans probare debet.*
86. *Impeditus proteſtari debet contra dantes cauſam.*
87. *Impeditus debet probare impedimentum fuiſſe cauſam non faciendi.*
88. *Tantum temporis impedito reſtitui debet, quantum per impedimentum fuit ablatum.*
89. *Acceptatione exiſtente inualida variare permittitur.*
90. *Acceptans cum proteſtatione, ſi videt alium melius ius habere poteſt aliud acceptare.*
91. *Poſſeſſio pacifica quæ?*
92. *Clauſulæ quæ ſolent apponi in diſpenſatione ad incompatibilia.*
93. *Error in nomine non vitiat ſi conſtet de corpore.*
94. *Laicus poteſt eſſe procurator tam ad acceptandum beneficium, quàm ad capiendum poſſeſſionem.*

95. Ec-

95. *Eccleſia matrix non acquirit Iuſpatronatus Eccleſiæ fundatæ intra ſuos limites, niſi de ſuo aliquid contulerit.*
96. *Priuilegium Pij II. ſuper duabus markis.*
97. *Confirmatio priuilegij Pij II. per Carolum V.*
98. *Valor markæ.*
99. *Poſſeſsio ſine titulo vera eſſe poteſt.*
100. *Preciſta habet coloratum titulum.*
101. *Epiſcopus ſeu viſitator in viſitatione poteſt compellere Beneficiatos ad docendum de titulo ſuorum beneficiorum.*
102. *Executoris poteſtas verſatur cõtra cõtradictores de facto nõ de iure.*
103. *Executiue procedi non poteſt, alio exiſtente in poſſeſsione & ſimilem titulum reproducente.*
104. *Executor quales admittere debeat exceptiones.*
105. & 82. *Poſſeſsio quæ fuit nulliter data, poteſt confirmari dum conſtat, quod ſi non eſſet data de nouo eſſet concedenda.*
106. *Preces primariæ non tollunt Coadiutorias cum futura ſucceſsione, de conſenſu expeditas.*
107. *Clauſula ex nunc*
108. *Coadiutoriæ cum futura ſucceſsione de conſenſu ſunt fauorabiles.*
109. *Coadiutor debet ſe conformare tenori prouiſionis Coadiutoriæ, ſiue litterarum deſuper expeditarum.*
110. *Diſpoſitio beneficiorum eſt iuris poſitiui.*

Sectio IV.

QVodque [a] quicunque in quibuſuis dignitatibus conſtituti, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonici, ſinguli videlicet in illis quos pro ſingulis perſonis prædictis Precum & Nominationum huiuſmodi & ad hoc vt illa ſortiantur effectum etiam præſentium executores deputaueris, per ſe [b] vel alium, ſeu alios beneficia prædicta, cum [c] in quibuſuis etiam ordinarijs Collatoribus per conſtitutiones noſtras, aut litteras [d] alternatiuas, aliaque priuilegia & Indulta quæcunque quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis, aut alijs quibuſcunque menſibus [e] vacauerint, & quæ perſonæ, pro quibus Preces & Nominationes huiuſmodi facta fuerint, quatenus huiuſmodi Preces ſeu Nominationes ad illa ſe extendant, infra menſem poſtquam ipſis vacatio huiuſmodi beneficiorum innotuerit, duxerint [g] acceptanda, etiamſi ipſa beneficia diſpoſitioni Apoſtolicæ, aliàs [h] quam per Conſtitutionem fæl. record.

Benedicti Papæ XII. prædeceſſor s noſtri quæ incipit ad Regimen; generaliter reſeruata exiſtant, & ex diuerſis perſonis [i] vacauerint, & [k] perſonæ Nominatæ prædictæ tempore aſſecutionis beneficij ad quod nominatæ fuerint, aliud beneficium in eadem Eccleſia obtineant., & ſecundum ſtatuta, ac conſuetudines Eccleſiarum, in quibus beneficia huiuſmodi conſtituta fuerint, vel indulta Eccleſijs conceſſa, capaces, videlicet in ætate legitima conſtitutæ, aut de legitimo [m] matrimonio procreatæ non ſint; Dummodoque ad huiuſmodi qualitates aliàs cum eis canonicè diſpenſatum, & beneficia in eadem Eccleſia obtinenda talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica inſimul obtineri poſsint, ac conſueuerint, ac ipſorum vacantium beneficiorum collatio non fuerit iuxta Lateranen. ſtatuta Concilij ad ſedem prætactam legitimè deuoluta neque ſuper illis inter aliquos [o] lis pendeat indeciſa cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis perſonis [q] ipſis, & iam duo, vel tria, ſeu plura quarumcumque qualitatum, & cuiuſcunque [r] annui valoris Eccleſiaſtica beneficia obtinentibus, & expectantibus conferre, [ſ] & aſsignare, nec non omnia, & ſingula, quæ ad hoc vt Precum ſeu Nominationum ac collationum & acceptationum huiuſmodi ſuccedant effectus opportuna fuerint facere, authoritate noſtra per cenſuram [t] Eccleſiaſticam exequi poſsint, & valeant; ſuper quibus ipſis plenam, & liberam authoritate prædicta tenore præſentium poteſtatem concedimus, & etiam facultatem, ac perſonis [u] prædictis, pro quibus huiuſmodi Primarias Preces porrigi, ſeu Nominationes huiuſmodi fieri contigerit, quod ipſæ expectatiuis ac nominationibus, ſeu ſpecialium reſeruationum de quibuſuis beneficijs pro iis factarum gratijs & mandatis de prouidendo, ipſis ab eiſdem ſi qua ipſis conceſſa ſint, vnà cum gratia Precum, & Nominationum Primariarum earundem vti poſsint, nec aliqua gratiarum huiuſmodi conſumpta, reliquæ earundem caſſæ cenſeantur, vel irritæ, indulgemus.

SCHOLIA IN SECTIONEM IV.

QVODQVE QVICVNQVE) Tametſi Nominatio per Laicum ex conceſſione Papæ facta cenſeatur per Papam facta., cùm is facere intelligatur, cuius authoritate, & mandato actus explicatur, *cap. Mulieres; inſ. de ſent. excommunicat.* Nihilominus quia Ordinarij non facilè parebant Indulto, quod Cæſari nouiter creato dare ſolent Pontifices, idcirco eidem Pontifices executores dant, qui compellant

Ordi-

Ordinarium ad conferendum; vt haberetur in cap. cum noſtris, 6. de Conceſſ. præb. cap. litteris c. conſtitutus. cap. ex inſinuatione. cap. eam, de reſcript. Et iſti executores debent eſſe in dignitate conſtituti, vt hic habetur quod etiam eſt iuri conforme, *vt textus eſt in cap. Statutum, in pr. de Reſcrip. in* 6. Debent autem prouidere Nominatis ſeu Preciſtis infra menſem, poſtquam ipſis vacatio huiuſmodi beneficiorum innotuerit, & illa acceptauerint; ſeu duxerint acceptanda, vt hic habetur, extatque deſuper Reg. Cancell. quæ habet, quod quicunque vigore gratiarum expectiuarum acceptauerint quæcunque beneficia, debent intra vnius menſis ſpatium à tempore huiuſmodi acceptationis computandum de huiuſmodi beneficijs, ſic acceptatis per ſuos executores vel ſub executores facere ſibi prouideri, alioqui &c. quod ipſum etiam hoc indulto Pontificio ſtatutum eſt: Eſtque iuri conforme. *Geminia in cap.* 1. §. *ex parte, num.* 3. *de conceſſ. præbend.* ubi dicit quod executor datus ad prouidendum de beneficio, quod Impetrans duxerit acceptandum, non poteſt conferre, antequam ille acceptet. Vbi autem acceptauerit, Executor conferet, etiam illo ad quem ſpectat collatio non vacato, non monito, cùm is ſit merus Executor, *Specul. lib.* 2. *tit. de actione, ſeu petitione ſuper petitionibus nu.* 3.
21. & 22. vbi ſcribit Executorem ad prouidendum non debere ad- 2
mittere exceptiones contra reſcriptum, aut perſonam ante prouiſionem factas, cùm ſit merus Executor. Quod hactenus verum eſt, dummodo fuerunt ipſi præſentatæ litteræ: nam ante præſentationem litterarum ſuæ facultatis Executor gratiæ Apoſt. non poteſt conferre 4.
vel prouidere, *c. cum in iure peritus, de off. deleg. Creſcent. deciſ.* 2. *de off. deleg.* Sed an hæc acceptatio poſſit fieri in abſentia Executoris? poſſe reſpondet *Geminia c.* 1. §. *è contra, n* 9. *de tit. & in c.* 2. *n* 8 *d. tit.* vbi dicit poſſe etiam fieri acceptationem per procuratorem. Cæterum dubitatur 1. an iſti Executores poſt obitum Papæ vel Cæſaris poſſint gratiam exequi, ſeu nominatis conferre, & aſſignare benefi- 5.
cia his quibus contigerit Preces dari? Quæſtio dependet ab illa vulgari, an gratia etiam re integra expiret morte concedentis? & reſoluit Pontifex *in c. ſi ſuper* 9 *de off. D eleg. in* 6 *& in c. ſi cui nulla de præb. in* 6. non expirare. Ideoque Executor mortuo Papa gratiam exequetur, *d. c. ſi ſuper gratia* 9 *de off. & poteſtate Iudicis delegati, in* 6. *Rot. deciſ.*

285. *in No. Milis in verbo Gratia facta Rebuff. in Concord. Rub. de Mand. Apoſt.* §. 1. *verbo ſui Pontificatus, verſ. Nota tamen.* Cuius concluſionis ampliationes, & limitationes vide apud Gabrielium, *tract. com. concl. tit. de præb. concl.* 1. Mandoſ. *ad Reg.* 10 *Cancell. qu.* 2. *n.* 2. Guiterrez *lib. pract. quæſt. qu.* 24. *n.* 2. *& quæſt.* 25. *num.* 2. *& ſequentib. Et lib.* 2. *canon. quæſt. cap.* 17. *num.* 3. Gonzalez *ad reg.* VIII. *Cancell. glo.* 12. *nu.* 42. *& ſequent.* Primò extende, vt capitulum ſede vacante debeat conferre beneficia, quibus Epiſcopus vel Prælatus deberet, *VVameſ. conſ.* 259. *num.* 9. *& ſequent. de præbend. vol.* 1. Secundò extende, etiã ſi
6. talis Prælatus dignitatem ſuam cum alio commutaret: cùm Nominationes iſtæ non tam perſonis, quarum nomina plerumque ignorantur quàm ipſis prælaturis fiant, quæ nunquam intermoriuntur, *cap. litteris, de reſcrip. VVameſ. d. conſ. num.* 19. Verùm non obſtantibus præmiſſis dicimus Executores re adhuc integra exequi non poſſe poſt obitum Cæſaris Præces conceſſas; aliud enim eſt quærere, an gratia expiret morte Pontificis re integra, aliud an gratia Precum expiret morte Imperatoris? Priori caſu, expirat re integra adeò vt Executores illam etiam poſsint exequi poſt obitum Papæ, *cap. ſi ſuper, de off. deleg. in* 6. *ibi Francus in pr. Rota deciſ.* 349. *in No. Si Papa & deciſ.* 285 *ſi Epiſcopus, Lapus allegat.* 17. *an datio Executoribus Mandoſ. ad Reg.* 10. *Cancell. quæſt.* 2. *num.* 4. Res autem dicitur integra ante prouiſionem:
7. ideoque mortuo mandante expirat mandatum, §. *rectè inſtit. Mandat.* Ex quo ſequitur per Reg. X. Cancellariæ Reuocatoriam expectatiuarum, quæ fit in craſtinum aſſumptionis S. Pontificis non eſſe reuocatas dictas expectatiuas per mortem concedentis, quando aliqua ipſarum non eſt ſortita aliquem effectum, & ideò ſolent omnes indifferenter reuocari, quando nouæ expectatiuæ conceduntur: nam vt di-
b. cit Dominic. poſt Lap. *in cap. ſi cui, de præbend. in* 6. [b] propter ful-
8. minationem proceſſus, quam fecit Executor, præſentata ſibi bulla expectatiua non dicitur amplius res integra: & proinde talis gratia non reuocatur ipſo facto per obitum concedentis, niſi per ſucceſſorem expreſſè reuocetur, *cap. penult. & fin. de præbend. in* 6. Secundo caſu, in quo maior difficultas verſatur, quæritur an gratia expiret morte Imperatoris? Nam pro affirmatiua facit quod priuilegium illud quod
9. habet Cæſar, eſt perſonale atqui priuilegium perſonale ſequitur perſonam

ſonam. & extinguitur cum perſona, *L. in omnibus ff. de reg. iur. c. Pri-
uilegium. de Reg. iur. in* 6 Hinc etiam fit, vt ſi Cæſar in vita ſua no-
minationibus ſuis primarijs non fuerit vſus, illius in Imperio ſucceſ-
ſor duplici nominatione vti non poſſit, *Alber. Brun. tract. de interit.
& perempt. concl.* 15. quia deficiente Imperatore qui fuit cauſa Pre- 10.
cum, deficiunt etiam gratiæ nominationum, quæ ſunt illius effectus,
Cap cum ceſſante, de appellat. Tiraq. tract. ceſſante cauſa. Sed cùm vi-
deam hanc quæſtionem mòdo agitari in Collegiata Eccleſia B. Ma-
riæ virginis in Capitolio vrbis Colonienſis, lubet illam paullo exqui-
ſitiori Minerua diſcutere. Caſus autem talis: Dominus VVidenfelde
primarias obtinuerat nominationes à Cæſare Matthia ad primam 11.
vacaturam in dicta Eccleſia B. Mariæ, quas Dominæ Abbatiſſæ, &
Capitulo per ſuos Procuratores inſinuari curauit, quæ etiam pro inſi-
nuatis receptæ ſunt: verùm, priuſquam contingeret alicuius præben-
dæ vacatio, è viuis exceſsit Cæſar Matthias Preces eiuſmodi conce-
dens, idque Martij die 20. anni 1619. Paulò poſt, hoc eſt, in Aprili
contigit aliquam Præbendam vacare, cuius collationem ſibi per pro-
curatores ſuos ab Abbatiſſa & Capitulo fieri dictus Preciſta petijt:
id quod ei abnuit dicta Domina Abbatiſſa, eò quòd per mortem Cæ-
ſaris Preces euanuiſſent, & tandem collatis ſuffragijs eorundem, præ-
bendam, vti in ſuo menſe vacantem, cuidam Putz contulerunt: quæ-
rebatur vtrius potiora eſſent iure? Si res mei arbitrij eſſet, prætule-
rim Dominum Putz, tum ex dictis, tum ex rationibus ſequentibus. 12.

Prima eſt, quod ius illud nominandi, ſeu Preces Primarias conce-
dendi Cæſar habet ex priuilegio Pontificio contra iuris communis diſ-
poſitionem, quia beneficia omnia in omnibus menſibus iure com-
muni ſpectant ad collationem ordinarij, *Caputaq. deciſ.* 214 *num.* 6.
part. 1. *Caſſad. deciſ.* 3. *num* 4. *& deciſ.* 4. *num.* 1. *&* 2. *de priuileg.
Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell. gloſ.* 11. *num.* 38. *& ſeqq.* Priuilegia au-
tem contra ius commune non extenduntur de perſona in perſonam,
etiam ex identitate rationis, *Ant. de But. in cap. ſane, de Priuileg. Bald.
in L.* 1. *in princ. ff. de leg. Geminia in cap. ne aliqui in* 4. *not. de Priuil.
in* 6. *Decius conſ.* 32. *&* 11. *col.* 1. *& conſ.* 316. *col. fi. Card. Tuſchus qui
illos allegat. tom.* 6. *practic. concluſ.* 173. *num.* 7.

Secunda, quia mandatum factum per legatum de prouidendo cer- 13.

tæ perſonæ de certo beneficio tunc vacante, moriente legato ante mandati executionem, ipſo iure expirat, *per text. in cap præſenti, de off. leg. in 6. & cap ſi cui nulla 2. reſp. de præbend. in 6.* Idemque dicendum in alio habente certam poteſtatem beneficia certa authoritate Apoſtolica conferendi, re integra moriente, ſcribit Bellamera *deciſ. 643. per tot.* Multo ergo magis expirauit gratia precum per obitum Cæſaris re integra, & nulla adhuc exiſtente præbenda vacante. In qua opinione ſunt etiam Gigas *de Penſio. quæſt. 91. num. 4. verſic. & tenendo iſtam,* Mandoſ. *ad Reg. 10. Cancell. quæſt. 2. num. 4.* Tertia, quia conceſſio non perfecta extinguitur morte concedentis, quando non eſt deuentum ad actum aliquem tendentem in effectum conceſſionis, vt ſi per Preciſtam non ſit acceptatum beneficium & gratia Preciſtam non ſit acceptatum beneficium, & gratio Precum non ſit præſentata Executoribus, vel Ordinarijs, nec fulminatus proceſſus, vt ſupra dictum eſt. Quarta: Priuilegia demum ſunt perpetua, nec expirant morte concedentis, ſi in vita fuerint ſortita effectum, alioquin enim priuilegium ſeu gratia prædeceſſoris in futuris nondum conſummatis, nec inceptis nihil operatur. *per not. Cyn. in L. fin. C. in quibus cauſis, Reſtaurus Caſtaldus tract de Imperatore, quæſt. 115. num. 1.* Quinta & poſtrema, Quod priuilegium Cæſar, ſeu Precum conceſsio perſonalis eſt reſpectu Cæſaris, ideoque eo mortuo cenſentur Preces

14\. expiraſſe, re præſertim, vt dixi, integra, cùm ex ijs non fuerit ius aliquod quæſitum Preciſtæ, nec ad rem, nec in re, ex quo huiuſmodi expectatiua non ſit ſuper certo corpore beneficij *cap. 1. §. fin. ibi DD. conceſſ. Præbend. in 6* vt in præſenti caſu accidit, quo Cæſar Matthias iuſſit prouideri Preciſtæ de proximis vacaturis Canonicatu, & Præbenda, qui dictas ſuas Preces ne quidem intimauerat Abbatiſſæ & Capitulo dictæ Eccleſiæ B. Mariæ, ſicque res erat planè integra, vt mirandum non ſit, ſi morte Cæſaris interueniente, huiuſmodi Preces expirarint dictis iuribus, quibus adde not. DD. *in cap. ſi delectus, vbi Abb. n. 6. de præb. Rota in vna commenda Militen. coram R. P. D. Dunezeto 22. Iunij 1614.*

Verùm enim vero, dum hæc ſub acumen calami committo, accurrunt ecce aliæ rationes, quæ alijs cedere non videantur: quarum prima eſt, quod commiſſio data Cæſari non reguletur ad inſtar mandati, quod

ti, quod re integra expirat, ſed adinſtar gratiæ ſeu priuilegij perſonæ Cæſaris facti quod perpetuò durat, nec morte re etiam integra expirat per rationes & authoritates latiùs à Franciſco Burſato *conſ.* 29. *n.* 5. allatas. Secundò: Quia per nominationem Cæſaris res deſijt eſſe integra, quia aliquid cœptum, licet nec dum conſummatum fuit, *arg. l.* 1. §. *cœpiſſe, ff. de Pollicit. Fely. cap. licet vndique, nu* 1. *de off deleg. Burſatus dicto num.* 8. Tertio Præciſta per acceptationē gratiæ quantumuis generalem facit vt res deſignat eſſe integra, *Pariſ. conſ.* 145. *n.* 14. *vol.* 1. *Oldrad. conſ.* 229. *Mohed. deciſ* 354. Cui iuris diſpoſitioni videtur etiam allucere obſeruantia, quæ eſt optima legum interpres, *L. ſemper in ſtipu'at innibus ibi DD. de Reg. iur.* maximè cùm legiſlator eam tolerat, nam omnis actus iuſtificatur propter ſcientiam & patientiam ſuperiorum *Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell.* §. 2. *nu.* 87. Et in dubio Principis gratia cenſeri debet realis & perpetua, *Burſat. conſ.* 30. *num* 4.

PER SE VEL ALIVM) Dummodo iſte alius habeat qualitates requiſitas in d. cap ſtatutum. *Rota deciſ.* 99. *Nota quod Executor, in antiq.* quod & probat Staphil. *de litt. grat. in* 9. *form. Execut.* Nec mirum illos poſſe ſubexecutores deputare, cùm habeant Iuriſdictionem delegatam à Principe, *L. à Iudice, C. de Iudic.* At, quid ſi vita excedat executor, vel ſubexecutor, antequam contulerit, quis exequetur? Recurrendum ad Papam: vt poſt Anch. *in cap. cum dilectus, col. vl. de Iurepat.* ſcribit Rebuff. *in forma litt. execut. Mand. Apoſt.* niſi tamen ſub nomine dignitatis alicui commiſſum eſſet: tunc enim quia dignitas non moritur *c. ſi gratioſè, de Reſcrip. in* 6. is qui ad eandem ſubrogabitur dignitatem, exequi poſſet, *cap. quoniam, de off. deleg.* Et quemadmodum executor per ſe, vel alium expectantibus conferre & aſſignare poteſt, ita etiam præciſta per ſe, vel procuratorem acceptare (etiam exiſtenti in eodem loco ipſo principali, *Moh. deciſ.* 3. *de conceſſ. præbend.* intra menſem poteſt dummodo tamen habeat ille procurator ſpeciale mandatum, *Staphil. de litt. grat. tit. de vi & effect. clauſ.* §. *ſexto quæritur,* quem vide, quia diſcutit quæſtionem non inelegantem, an facta acceptatione infra menſem per Præciſtam & ſic tempore congruo, poſſit Executor prouidere poſt menſem? & ſecutus gloſſæ opinionem in *Clem. ibi alleg.* reſoluit non poſſe cùm
Execu-

Executor non poſsit eſſe melioris conditionis, quàm ipſe Papa, cui
18. currit tempus ad conferendum, *vt prob. in c. Statutum de præb. in 6.*

Sed an Procurator, qui acceptat intra menſem, poſſit eſſe laicus, & quid ſi reticuerit alia Præciſtæ beneficia? Reſpondi nuper ſubſiſtere eiuſmodi acceptationem, & talis erat facti contingentia: RABANVS de Lippia Adoleſcens nobilis impetratas à Cæſare Matthia (laudatæ memoriæ) Preces Capitulo S. Mauritij inſinuauit, quas & Capitulum acceptauit.

Cùm poſt aliquot ab inſinuatis precibus annos beneficium vacaret in menſe Ordinarij, miſit qui ſuo nomine poſſeſſionem vacantis præbendæ peteret, ſciens Seren. Elect. Cæſarearum Precum Executorem deciſionem Rotalem habere, qua pronuntiatur primum quodque beneficium, quocumque menſe vacans Cæſareo Preciſtæ conferendum.

Qui ad poſſeſſionem acceptandam miſſus fuerat Notarius homo ſecularis, ſubſtitutionis quidem ſuæ documentum exhibuit, primariam autem Preciſtæ conſtitutionem non produxit, nec quod incuria omiſſa eſſet, habuit in promptu. Teſtantur tamen duo viri nobiles adeoque Capitulum Hildeſimenſe vniuerſum primariam conſtitutionem ab ſe viſam eſſe, eiuſque vigore ſe conſtituentis procuratores tanquam idoneos admiſiſſe

Preciſta à Capitulo Mauritiano per Notarium poſſeſsionem petens, reticuit ſe in Eccleſia Cathedrali Hildeſimenſi præbendam habere quæ perſonalem exigit reſidentiam.

Nunc quæritur 1. An poſſeſsionis, adeoque totus Procuratoris actus, nullus ſit, vel quia ſecularis, vel quia non habuerit in promptu Preciſtæ conſtitutionem quam ab ſe viſam duo Canonici Cathedrales teſtantur? 2. An Cæſaris Preces habeant locum in quocumque menſe? 3. An ratihabitio conſtituentis quæ ſuperuenit diebus quatuordecim poſt petitionem poſſeſsionis, actum ſaluare poſsit, cùm non intra menſem ad acceptandum præfinitum edita ſit? 4. an obſtet de alibi habita præbenda? 5. An Preciſta poſsit reſilire à dicta acceptatione & alium Canonicatum in d. Eccleſia vacantem vigore eiuſdem nominationis acceptare?

Pro breui & ſuccincta reſolutione propoſitæ quæſtionis dicitur ad primum illius caput, non obſtare intentioni Preciſtæ, quòd procurator

rator conſtitutus ab eo fuerit Laicus; nam licet Laicis de rebus ſpiritualibus nulla ſit attributa facultas, *c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. cap. decernimus, de Iudic.* nihilominus communi DD calculo receptum eſt, procuratorem laicum poſſe adhiberi in negotijs ſpiritualibus, *Abbas in cap. dilectus de fide inſtrum. Io. And. Bal. Anto. de But. in cap. Meſſana de Electio Fely. in d cap. dilectus, nu.* 42. *Io. And. Abb. in cap. accedens, de Præbend. Rota deciſ.* 104. & 148. *Jo. And. & Francus in cap. quod alicui, de Reg. iur. in.* 6. *Geminia & Francus in cap.* 1. *de Procur. Couar. & var. reſolut. lib.* 3. *c.* 16. Hinc poteſt pro clerico acceptare beneficium, vt procurator, *Io. And. & alij in cap. Accedens de Præbend. Rota, deciſ.* 11. *tit. de rerum permutat. in antiq.* maximè cùm poſſeſſionis acceptatio in nudo facti miniſterio conſiſtat, quod rectè etiam per Laicum expeditur, *Selua de beneficio part.* 3. *quæſtio* 55. Neque officit quod originale mandatum conſtitutionis ad acceptandum procurator ille laicus non oſtenderit: quia per ſubſtitutionem de ſua perſona factam, ſatis apparet de mandato: ſtatur aſſerenti, ſeu atteſtanti de mandato, & commiſsione ſibi factis, *Tho. Grammaticus voto* 15. *num.* 1. *not. Bald. in L. Iudices C. de fide inſtrum.* præterquam quod mandatū procuræ poſsit probari per teſtes, *Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defectu inhab. ſeu de mandat. num.* 70. quales ſunt duo iſti Canonici Eccleſiæ Cathedralis, qui ab ſe viſam conſtitutionem atteſtantur.

Nec etiam refert quòd dictam conſtitutionem non exhibuerit in tempore, vt puta intra menſis ſpatium datum P. æ. iſtis ad acceptādum, tum primò quia ſubſtitutus acceptauit nominationem in tempore, tum quia acceſsit principalis ratihabitio, quæ licet intra menſem non interuenerit, nihilo ſecus ſubſiſtit. quia ratihabitio per fictionem trahitur retro, & fingit ratificantē fuiſſe præſentem loco & 20. tēpore actus ratificati: verba ſunt Iaſonis, *in L. Si is, qui pro tempore, nu.* 129. *ff. de Vſucap.* hinc fit, vt mandatum à procuratore receptum licet non producatur tempore, quo fit proceſſus, eo tamen quandocumque exhibito proceſſus detegatur validus, *Vantius de nullit. d. tit. num.* 117. præterquam quod conditio purificata poſſit & debeat retrotrahi, *Decius ad leg. contractus, num* 17. *in fi. de reg. iur.*

Denique, licet clauſula hęc in Indulto precum, PERSONÆ QVÆ INTRA MENSEM &c. importent conditionē, *vt intra dictum tempus acceptēt* &c. nihilominus illa ſēper reſolui poteſt re integra, hoc eſt, beneficio adhuc va-

huc vacante, *Stpahil. de litt. grat. tit. de Vi. & effectu clauſ. verſ. Quinto non eſt omittendum.* Ex qua reſolutione ſatis videtur tertium propoſitę quæſtionis caput explanatum.

Quo verò ad ſecundum caput videtur iam eſſe extra omnem diſputationis aleam, Preciſtis eſſe affecta beneficia in vtroque menſe vacantia, multis de cauſis, ſed potiſsimum iſtis 1. Quòd in textu Indulti conceſsionis Precum expreſsè diſponatur de menſibus quibuſcumque etiam ordinarijs, in quibus Executores per Imperatorem Nominati conferre poterunt beneficia in dictis menſibus vacantia. Neque obſtare concordata, quia priuilegium illud concedendi Primarias Preces multis ſæculis antiquius eſt Concordatis initis inter Fredericum Principeſque nationis Germanicæ, & S. Sedem. Vnde non eſt veriſimile eundem Fredericum voluiſſe, aut potuiſſe renunciare iuri precum Imperialium antiquiſsimo, cùm iuris ſit explorati per generalem diſpoſitionem nunquam tolli peculiare priuilegium, *glo. in L. Decurionibus, C. de Silentia lib.* 12. *Gonzalez ad Regul.* VIII. *Cancell. glo* 9. §. 2. *num.* 6. & 7. *Caſſad. deciſ.* 6. ſuper Reg. maximè Imperatori, vt in ſpecie Precum reſpondit Pariſ. *conſ.* 50. *num.* 30. *vol.* 4. Quid, quod dictis Concordatis nominatim, & ſolenniter derogatum ſit? vt patet ex Indulto in clauſ. Non obſtantiarum, ibi, NEC NON CONCORDATIS NATIONIS GERMANICÆ, ſic quod nullus videatur in eo relictus dubitandi locus &c. & ſi eſſet, maiori argumentorum falce tolli poſſet, ſed de iſtis poſtea, Deo dante, latius in glo. verbi CUM IN QVIBVSVIS &c.

Tertij capitis reſolutio pendet ex ijs, quæ dicta ſunt ſupra ad primum dubium, verſic. *nec etiam refert.*

Ad quartum, videretur de iure reſoluendũ Preciſtæ obſtare aliam præbendam, quam poſsidet, quo minus poſsit aliam acceptare vigore ſuarum precum, *per not. Staphil. de litt. grat. tit. Gratia ſemel extincta non amplius reuiuiſcit,* verùm conſiderata clauſula noſtro Indulto inſerta, in §. 4. ibi, ETIAM DVO VEL TRIA, VEL PLVRA QVARVMCVMQVE QVALITATIS, ET CVIVSCVMQVE VALORIS BENEFICIA OBTINENTIBVS, videtur non illi obſtare alteram præbendam quam poſsidet in Eccleſia de Hildeſheim.

22. Ad quintum, quod licet clauſula Indulti DVXERIT ACCEPTANDVM, hoc operetur vt neglecto beneficio primo vacante, ſecundum nulli tamen alteri debitum, poſsit acceptare, *Stapil. de litt. grat.* *tit. quib*

tit. quib. mod. litt. ad benef. Exp. §. Tertio expirant, verſ. Primo niſi. &c. Imo ſi male acceptauerit primum, poſsit illo dimiſſo aliud acceptare, *Staphil. d. loco*, tamen cùm Precista matura iudicij lance validè acceptauerit beneficium per obitum N. vacans, non potuit alium Canonicatum vacantem in menſe Ordinarij vigore earundem Nominationum afficere, aut curare ſibi prouideri. *Text. in cap. 1. § è contra ibi Geminia, Francus & alij; de conceſſ. præbend.* & ratio eſt, quia gratia eius fuit ſemel extincta, quæ proindè amplius reuiuiſcere non potuit, *per gloſſ. in cap. Gratia de Reſcript. in 6.* nam in inutili acceptatione beneficij non eſt pœnitentiæ aut variationi locus, *Tyraquel. in L. Boues, §. hoc ſermone, limit. 1. num. 31. de verb. ſig.* maximè cùm is qui inutiliter acceptauit, fuit in culpa, *Tyraq. d. loco.* Nam, qui ſcienter eligunt indignum, amittunt facultatem verum eligendi. *C. Bonæ, 2. de elect.* Quâ de re vide plura ſupra in verbo: *Quid quicumque*, & infra in gloſſ. verbi *Infra menſem.* Accedit, quod debetur ex primâ acceptatione, non debetur ex ſecundâ: *Per not. Gomeſ. ad Reg. de publicandis, Verſ. Nec obſtet.* Cùm autem Precista primum Canonicatum acceptauerit per obitum N. vacantem, cùm ipſe habuerit recurſum ad Executorem inſtiteritque pro collatione & poſſeſſione, ſatis videtur declaraſſe prædictum Canonicatum elegiſſe, *Text. in Clem. 1. §. quin etiam, ibi Cardinal. & gloſſ. de conceſſ. prebendæ; Francus in cap. 1. §. ex parte d. tit. in 6.* Quod ſi replicetur, datum fuiſſe Præciſtæ impedimentum à Turnario collatore, qui alteri dictum Canonicatum contulit, ad ipſius excluſionem, reſpondebimus, hoc illi non patrocinari. cùm habuerit iuris remedium ad manum, vt potè Executorem à ſua Cæſareâ Majeſt. datum, à quo poterat Collator cogi per cenſuras Eccleſiaſticas, vt ſibi de dicto Canonicatu prouiderent. *Rebuff ad Concordata Galliæ, tit. de collatio. §. 1. verſ. Impedimento legitimo ceſſante.* Neque enim impedimentum excuſat, cùm poteſt remoueri. *Bartol. in L. Quibus diebus. ff. De condit. & demonſtrat. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 11. quæſt. 13. num. 28.* Ex quo ſequitur dictas Preces expiraſſe per acceptionem primi Canonicatus: præſertim cùm iam res non ſit integra, vt potè Canonicatu iam alteri collato: quâ de re latius infra adhuc dicam, *in Gloſſ. Verbi* INFRA MENSEM.

CUM IN QUIBUSVIS ETIAM ORDINARIIS) Tametſi non obſcurè ex verbis textus noſtri Indulti beneficia vacantia in

menſibus Ordinariorum includantur in conceſſione Precum, orta tamen ſunt variæ varijs in locis per Germaniam difficultates, an
23. Beneficia in dictis menſibus vacantia, Preciſtis affecta eſſent. Nam pro Negatiua immane quantum argumentorum protulerint illius aſſertores, atque inprimis pro ſtabilienda ſua opinione proferunt in medium textum hunc Concordatorum inclitæ Nationis Germanicæ cum S. Sede; *Idem S. D. N. per quamcumque aliam reſeruationem, gratiam, expectatiuam, aut quamuis aliam diſpoſitionem, ſub quâcumque verborum forma per eum, aut eius authoritate factam, vel faciendam: Non impediet quo minus de illis cùm vacabunt de menſibus Februarij, Aprilis, Junij, Auguſti, Octobris, Decembris, liberè diſponatur per illos, ad quos collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinebit, Reſeruatione aliâve quâuis diſpoſitione authoritate eiuſdem D. N. PP. factis, vel faciendis, nonobſtantibus quibuſcunque, &c.*

Ex quo Concordatorum textu hoc argumentum ſumunt: Quicquid habet iuris Imperator ad concedendas Preces Primarias, illud habet à Papâ, ſed Papa iuxta præinſertũ textum Cõcordatorum non habet ius conferendi beneficia in mẽſibus ordinarijs, ergo neque Imperator: Neque enim quis plus iuris transferre in alium poteſt, quàm ipſe habet, vt in ſimili dicitur, quod non poteſt plus eſſe in cauſato quàm in cauſante. *Philip. Probus tract. Iuris regalium, quæſt. 12. num 5.*

Ad hoc argumentum reſpondeo, & quidem ad maiorem, Imperatores Romanos à multis iam retro ſeculis ex priuilegio, & inueterata cõſuetudine à ſummis etiam Pontificibus laudata & roborata, idque etiam antequam Cõcordata Nationis Germanicæ cum S. Sede facta eſſent, ius habuiſſe Preces Primarias ad omnes Collatores & Collatrices, qui de Beneficijs quocumque modo diſponendi ius habent per vniuerſum Rom. Imperium dirigendi pro perſonis idoneis, vt Beneficium vnum vacans vel proximè vacaturum, in quocumque menſe id contigerit, infra menſem à die notæ vacationis acceptandum, perſonæ nominatæ conferatur, quemadmodũ nedum ex ipſo, Precum textu & narratis conſtat, ſed & diuerſis DD. opinionibus qui dicti priuilegij mentionem faciunt: veluti Speculator, qui circa annum Chriſti 1271. floruit vidiſſe ſe ſcribit, *in tit. de præbend. §. Reſtat. num. 7. & ibi Io. And.* Priuilegium bullatum, quod Imperator in quâlibet Eccleſiâ Alemanniæ poſsit facere recipi vnum &c. Simi-

iter

liter Io. Monach. *in cap. 2. de præbend.* qui circa annum 1300. floruit & Reſtaurus Caſtaldus, Anton. Corſetus, alijque non pauci, qui de auorum memoriâ ſcripſerunt, dicti Priuilegij non infrequentem mentionem faciunt. Quocirca cum tempore huiuſmodi inueteratæ conſuetudinis, diu ante dicta Concordata S. Pontificis poteſtas reſtricta non fuerit ad certos menſes, is procul dubio hanc Imperatorum conſuetudinem potuit in omnibus menſibus indiſtinctè roborare & confirmare prout confirmaſſe cenſendus eſt, cùm de aliquâ reſtrictione non appareat. Quò fit vt iſta conſuetudo pluſculis ſeculis continuata, & à S. Sede approbata, poſtea per Concordata inter eandem S. Sedem, & inclytam Nationem Germanicam ſubſecuta minimè limitari potuerit, aut Ius Imperatori quæſitum auferri: quod ius Imperator non habet ſimpliciter poſt Concordata, ſed diu ante illa originem habuit, atque inde ad minorem reſpondeo, dato non conceſſo illam veram eſſe (cùm illius contrarium Rota ſæpiùs iudicauerit, videlicet Papam ſibi per Concordata manus non ligaſſe, ſed in menſibus Ordinariorum cum illis concurrere, illoſque præuenire poſſe, prout etiam in ſpecie in Indulto Cæſareo alternatiuis prouiſionibus Ordinariorum derogatur) id non intelligendum eſſe de Iure, quod Imperium, & Imperatores Pontificibus concedentibus ante dicta Concordata habuerunt, nec illud priuilegium ſeu confirmationem conſuetudinis antiquioris præcedentis, per ſubſequentia Concordata ſublatum, & reſtrictum eſſe. Vnde manifeſtè apparet, aliud in Imperatore & Imperio eſſe, quorum ius antiquius eſt ipſis Concordatis, nec illis poſt Concordata demùm à Papâ conceſſum, ſed antea illud obtinuiſſe eo tempore, quo Papa potuit in omnibus menſibus indiſtinctè Beneficia conferre. Atque ſecundum hanc reſolutionem paucis ante annis non pauci Iuriſconſulti noſtrates reſponderunt, & in primis Eximius Vir D. Gaſpar à Rupe, I. V. D. & Scabinus Leodienſium neque non Serc.^mi Principis Electoris Colonien. à conſilijs intimis.

Succedat alia ſolutio, quòd per dicta Concordata nequaquam cenſeatur derogatum prædictæ antiquæ conſuetudini conferendi Preces Primarias perſonis idoneis: quia illa nihil aliud continent, vt refert Simonett. *tract. de reſeruatio. quæſt. 1. num. 4.* quàm extrauagantis Execrablis, & ad regimen, moderationem cum peculari retentione

reſeruationum à iure cõmuni duntaxat præſcriptarum, & inſuper reſtituitur ordinarijs facultas conferendi beneficia, quæ antea per dictas reſeruationes erat ipſis ablata, vt præter Simonettam *dicto loco* reſpondit D. VVameſ. *Conſil.* 255. *num* 5. *& conſ.* 262. *in fi.* Abb. *in cap ſuper eo, de off delegati, & in cap. final de pœn & remiſ.* Lud. Ro. *conſil.* 237. Creſcent. *deciſ.* 10. *de Priuilegijs* atque ita interpretandus eſt præinſertus dictorum Concordatorum textus: per quem nullo modo ſublatum cenſeri debet priuilegium Imperatori conceſſum Preces Primarias conferendi in toto Imperio: cùm illius nulla planè fiat mẽtio, vt debuit fieri, nam alias per generalem diſpoſitionem nunquam tollitur peculiare priuilegium alicui conceſſum, niſi illius ſpecialis fiat mentio, *per gloſſ. quam ad hoc citant omnes in l* 3. *C. de ſilentiarijs, lib.* 12 *Simonett. tr. de reſeruatio quæſt.* 99. *&* 87. *n.* 2. vbi dicit illud maximè procedere, quando tale priuilegium conceſſum eſt ob remunerationem, vt hic ob benemerita Cæſaris, vt habetur initio Indulti Atque ita fuit reſolutum in vna Leodienſi Canonicatus *de anno* 1596. *coram Ill.*[mo] *Blanchetto*, teſte Gonzalez *ad Reg. VIII. glo.* 9. §. 2. *num.* 7.

Accedit priuilegij reuocationem nequaquam præſumi niſi de illa apertè conſtet ad cuius probationem plena exactaque fides facienda eſt: *Menoch. lib* 6. *de præſumpt. num* 7. vbi dicit reuocationem priuilegij & conceſſionis factæ à Principe non præſumi, ne ſe ipſum correxiſſe, & voluntatem mutaſſe præſumatur, *vt reſpondit Dec. in conſil.* 168 *col.* 2. *Alciat. reſpond.* 19. *num.* 4. *Crauet. conſil.* 21. *in fi. & Pariſ. conſil.* 61. *in fin. lib.* 2. *& conſil.* 50 *n.* 30 *col.* 4. Vbi ſcribit in ſpecie Precum Imperialium, etiamſi Reges aut Reginæ in generali Pontificis conſtitutione nominentur, non venire Imperatorem niſi ſpecificè exprimatur.

Sed nec illud ſilentio inuoluendum eſt, non videri Imperatorem Fredericum per concordata inita cum S. Sede voluiſſe inſigni huic priuilegio, adeoque Iuri ſucceſſoribus ſuis illius ratione competenti præiudicare: Iuris enim proprij renunciatio non præſumitur, ſed ita capienda eſt interpretatio, vt illa excludatur: *per not Tyraquel. in leg. ſi vnquam, in præfatione, num.* 128. *cum ſequent. C. de reuocan. donat. Mcaſardus de probationibus, concluſ.* 1263. vbi ſcribit renuntiationem dici quandam lapidationem, nec illam vnquam præſumi,

ſumi, adde Anaſtaſ. Germon. *tract. de Indultis Cardin* §. *Volumus autem*.

Rurſus, obijciunt contrariæ ſententiæ authores argumentum iſtud: Papa in Priuilegio dato facultati artium Louanienſi, vult quod facultatis Nominationes præferantur precibus Imperialibus. Sed nominationes facultatis artium Louanieñ. non admittuntur in menſe ordinario, obſtantibus Concordatis Nationis Germanicæ, ergò multo minùs Preces Imperiales. Vel iſtud: Papa præfert Nominationes Louanienſium Precibus Imperialibus: ſed Nominationes Louanieñ. nonhabent locum in menſe ordinario propter Concordata Nationis Germanicæ, ergò neque Preces Imperiales.

Reſpondetur regulariter in Indulto Imperatoris expreſsè & nominatim derogari quibuſcumque Nominationibus; ceterum quod Nominationes non admittantur in menſibus ordinarijs, inde eſt quia Papa id non voluit, ſed contrarium in Indulto facultatis nominandi expreſsè ſtatuit, idque optima ratione, cùm Concordata ſint antiquiora dicto Indulto; Papa enim quoad eius fieri poteſt non cenſetur velle derogare Iuri Ordinariorum, cum quibus licet concurrat in collatione, tamen non debet contra rationem alijs poteſtatem conferēdi auferre, *Simonett: de reſeruat: quæſt. 5 num. 5.*

Inſuper obijciunt, Iuri quæſito per litteras ſeu conceſſiones Apoſtolicas tam de iure communi, quam per Regulam Cancellariæ 15. non derogatur: ergo neque Preces Imperiales quæ à Papa procedunt & omnem ſuam authoritatem habent, debent, nec poſſunt impedire aut extrudere eum qui habuerit Nominationem ſeu Collationem Capituli vel alterius Ordinarij, acceperitque poſſeſſionem antequam ipſæ Preces fuerint debito modo inſinuatæ.

Argumentum iſtud non impugnat Preces Imperiales quominus in menſe Ordinariorum admitti debeant, ſed ſaltem poteſtatem Ordinarij non eſſe ligatam, antequam debitè inſinuatæ fuerint, quod forte facilius admitti poterit, prout etiam valet collatio Ordinarij, antequam ipſi mandatum de prouidendo alicui à Pontifice cōceſſum inſinuetur. *Gloſſ. 2. in cap. fin. de præb. cap ſi capitulum. cap ſi ſoli, de conceſſ præbend in 6.* licet ſecus eſſet ſi Pontifex re ipſa iam Canonicum aliquem creaſſet, & mandaſſet illi prouideri de prima præbenda vacatura, tunc enim etiam ignorantis Ordinarij manus ligatæ forent,

Cap. ſi

Cap. ſi poſtquam, præbend. in 6. Quod in Precibus non fit, ſed tantùm prouiſio in futurum mandatur nullo iure de præſenti, Preciſtæ collatio.

Verùm enimvero, illud multarum reſolutionum inſtar eſſe videtur, quod ex ipſo Precum Imperialium textu diſertè cōnſtare dicitur Preces Imperiales dirigi ad Ordinarios quocumque menſe vacauerint, & prædeceſſorum Imperatorum precibus hactenus reuerenter paritum eſſe, teſtantur plurimorum exempla tum Leodij, tum paſſim in Germania etiam ijs in Collegijs quæ prætenſam reformatam, vt vocant, religionem excolunt, vt certè Ordinarij Germaniæ, qui Orthodoxam profitentur religionem, multo magis admittere debeāt in ſuis menſibus Primarias iſtas Preces, multis retro ſeculis alioquin à ſuis deceſſoribus receptas: quas etiam in ſuis ditionibus admiſiſſe Seren. Electorem Colonienſem Principem, & Epiſcopum noſtrum omni laude digniſſimum, omnibus pernotum eſt. Cùm itaque obſeruantia æui noſtri & antiqui differentiam menſium in Precibus Imperialibus non admiſerit, illa nunc non debet induci, vera enim interpretatio ſumitur à practica, ſeu ab eo quod fieri conſuetum eſt, *L. Minimè ff. de leg. cap. dilectus de conſuetudine*, ac ideò dixit Baldus, *per textum in l illud de exciſ. Tutor*, quod ab antiqua practica recedendum non eſt, *Reſtaurus Caſtaldus de Imp. quæſt*. 24. *num*. 2. Imò licet ius illud Imperatorum non foret ſatis fundatum, tamen ab Imperij membris, & ſubditis Preces non debent ſperni maximè cùm ad Preces Archiepiſcopales hactenus collationes in mēſibus Ordinariorum denegatæ non ſint, vt ſine inſigni iniuria id contra Imperatorem, & antiquo iure Imperij, & Pontificis vtentem tentari vix poſſe videatur. Eſt enim iuris explorati poſſeſsionem immemorialem iuuare poſſeſsionem donatam *Bald. in l. ius eius, C. de Probat. Philip Probus tr. Iur. Reg. quæſt*. 51. Sanè ſi contra expreſſam Indulti Pontificij, & Precum Imperialium diſpoſitionem ſoli menſes Pontifici reſeruati Precibus includerentur, nihil opus aut neceſſe foret Capitula aut alios Ordinarios pro Collatione adire, ſed illa directè ab ipſo Pontifice, vel executoribus à S. Sede deputatis dari fierive poſſe, nec facto Ordinariorum in caſu hoc aliquo modo opus foret, eoque caſu Archiepiſcopis, & alijs Principibus, qui Indulta ſpecialia habent conferendi benefi-

beneficia in menſibus Pontificijs vacantia, per eiuſmodi Preces iniuria aliqua fieri videretur, quod ipſis ſolis conferretur per illas Preces facultas vtendi in ſuis indultis vacantia in menſibus Apoſtolicis conferendi, & reliquis inferioribus plena libertas poſt ſupradictam inueteratam conſuetudinem Precum Imperialium per Concordata authoritate & interuentu Imperatoris certis menſibus obtenta idem faciendi remaneret.

Denique & poſtremò ſacrum Rotæ Auditorium (quo nullum eſt toto in orbe præſtantius, propter multiplicem virorum prudentiam de cauſis ſepenumerò diſputantium concurſum, quorum mutuæ, & frequentes diſputationes & inter agendum actiones eminentem illis pariunt ſcientiam rerumque omnium experientiam, teſte Ludouico Gomeſ. *in praem. Reg. Cancell. quæſt. 2. verſ. 4.*) proponente R. P. D. Coccino 4. *Maij*. 1618. viro ab eruditione, ſingularique prudentia & animi (quod rarum eſt in eiuſmodi dotibus) modeſtia commendatiſsimo, reſoluit, in menſibus etiam Ordinarij Primarias Preces locum habere, neque illis obſtare Concordata nationis Germanicæ. Vt autem illius notitia tam omnibus Ordinarijs, quàm etiã Preciſtis, quibus potiſsimũ hæc ſcribuntur, innoteſcat, libuit deciſionem ipſam de verbo ad verbum hic attexere. *Sanct.mus D. N. Sacræ Cæſareæ Majeſtati conceſsit Indultum, vt vocant, Primariarum Precum, per quod eidem datur facultas, vt nominare poſsit ad prima beneficia vacatura, dummodo in generali vacatione quatuor beneficia contineantur: vnde dubitaui an in dicto Indulto comprehendantur vacationes in menſibus Ordinariorum, ita vt nominati poſsint beneficia in dictis menſibus vacantia acceptare: & Domini affirmatiuè reſponderunt, quo ad loca, quæ comprehenduntur in dicto Indulto, de quibus Creſcent.* deciſ. 3. de præbend. *Sarnen.* deciſ. 8. in manuſcript. *Ratio reſolutionis fuit, quia in dicto Indulto* in verſic. hinc eſt. *S.mus indulſit, quod ſi Imperator quibuſuis Collatoribus ſeu Collatricibus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, &c. Preces porrexit pro aliqua perſona ad beneficium aliquod nominata, dicti Collatores vel Collatrices dictis Precibus parere cogantur, & propterea cùm Indultum loquatur de quibuſuis Collatoribus &c. comprehendit tam Ordinarios quam extraordinarios* gloſ. in Clem. 1. verſ. quodcumque, de vita & honeſt. cler. Creſcent. deciſ. 20. num. 2. de præb. *& beneficia vacantia in menſibus ordinarijs quia nihil eſt aliud parere Precibus ad fauorem perſonarum nominatarum, quàm facere collationem dictis perſonis ab Imper. no-*

per nominatis, vt in indiuiduo dixerunt : Specul. de præbend. & dignit. §. reſtat num. 7. & ibi Io. And. littera C. & in cap. is cui, n. 1. eod. tit. in 6. *Vlterius hoc euidentiſsimè probatur, quia in eodem Indulto* in verſ. quod quicumque &c. *diſponitur vt quicumque executores per Imperatorem nominati poſsint conferre beneficia, etiam Collatoribus Ordinarijs, per conceſsiones Apoſtolicas aut litteras alternatiuè aliaq́; priuilegia quæcumq́; illis competentia aut alijs quibuſcumque menſibus vacauerint. Quibus verbis nihil clarius dici potuiſſe videtur, ad oſtendendum quod huiuſmodi Indultum comprehendit etiam beneficia vacantia in menſibus Ordinariorum, cùm aliàs dicta facultas fruſtrà Executoribus ab Imperatore nominandis concederetur: Quod etiam magis confirmatur ex verbis immediate ſequentibus, vbi talis facultas extenditur, etiamſi beneficia fuerint Sedi Apoſtolicæ reſeruata præterquam per Extrauag. ad Regimen, cuius dictionis,* etiam, *natura eſt exprimere caſum magis dubitabilem; & implicare minus dubitabilem.* Doctor in l. quod ſi patris, C. vnde liber. *Igitur ſignum eſt, quod minus erat dubium comprehendi beneficia non reſeruata, & quæ ſunt de collatione Ordinariorum, & ſic in menſibus Ordinarijs vacantia.*

Non obſtant Concordata Germaniæ, cùm illis nominatim & expreſsè prout requiritur fuerit derogatum. Et ita concluſum 4. *Maij.* 1618.

Atque hæc quidem indubitata ſunt in Germania, neque etiam Germani, vt exiſtimo (niſi quis fortè fluctus in ſympulo excitare volet) reluctaturi ſunt: Sed vtrum vſquequaque exploratum ſit in
24 Diœceſi iſta Leodienſi; mihi hic aqua hæret, propter inferiores Collatores, qui nituntur conſtitutione Eugenij IV. de data anni 1432. quam ſpeciali ſua conſtitutione confirmauit Pius II. anno 1458. & poſtea Sixtus IV. anno 1479. quæ quidem conſtitutio pluribus annis præcedit Concordata nationis Germanicæ; Ea enim conſtitutione id ipſum ſtatuitur, idque motu proprio, quod poſtea in Concordatis inter inclytam Nationem Germanicam, & S. Sedem pactum conuentumque eſt, nimirum liberam relinqui collationem Epiſcopo Leodienſi. alijs Collatoribus, eorumque ſucceſſoribus Canonicatuum, Beneficiorum &c. quæ perpetuis futuris temporibus in Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris, vacare contigerit, dummodo illa diſpoſitioni Apoſtolicæ per modos reſeruationum in litteris Eugenij expreſſos, generaliter reſeruata non ſint decernentes irritum, & inane &c. Ex quo inferunt, cum duobus his
25 priuilegijs muniti ſint Leodicẽ. vtpotè Eugenianæ conſtitutionis, &

Concor-

Concordatorum, Indultum Cæſareum, quod facultatem Cæſari nominandi, ſed nominationes Primarias concedendi ad beneficia in toto Imperio exiſtentia impertitur, minus illos afficere, cùm Pontifex in illo, etiamſi Concordatis derogârit, non tamen derogauit dictæ Conſtitutioni Eugenianæ, eſt enim iuris non incerti, vt duobus impedimentis exiſtentibus vno ſublato remaneat aliud, *cap. Paſtoralis, de priuilegijs, cap. ex tuarum, de Auct. & vſupallij, Gonzalez ad Reg. VIII. Cancel. glo. 13. in pr. num.* 93. præſertim vbi adeſt clauſula irritans, vt in dictis conſtitutionibus, quæ clauſula irritat omnes & quaſcumque alias conſtitutiones quorumcumque tenorum, & quaſcumque derogatorias clauſulas continentes &c. Sed quid ad reſolutionem Rotæ ſuæ præſcriptam? quid ad clauſulam derogatoriam conſtitutionum quarumcumque quandocumque editarum & edendarum? quæ habetur inter clauſulas huius Indulti derogatorias; quid quod Papa poteſt reuocare priuilegium per Sedem Apoſtolicam conceſſum, etiamſi priuilegium habeat clauſulam derogatoriam? *Cardin. Tuſchus Tom. 6. pract. concluſ. concluſ.* 751. *num.* 58. Itaque cogitandum, ſed ex vſu Reip. eſſet, ſi S.D.N. ſuper eo conſuleretur per apertitionem oris vt loquimur. Eſt enim Principis ſua priuilegia interpretari, vt notat Decius & alij *in L. Neratius, ff. de Reg. iur.* Gabriel, *conſ.* 182. *num.* 14. *& ſeq.* Card. Tuſchus *tract pract. concluſ. tom.6.concluſ.*737. maximè cùm non deſint exempla antiqua & recentia vtrãlibet ſententiam confirmantia, licet alioqui non exemplis, ſed legibus iudicandum ſit. *L. nemo, C.de ſenten. & interloc. om. iud.*

AVT. PER LITTERAS ALTERNATIVAS) Puta per Reg. VIII. Cancell. & reſeruatione menſium Apoſt. de alternatiua, per quam dantur Epiſcopis illam acceptantibus, & reſidentibus ſex mẽſes ad conferendum benecifia in ſuis Eccleſijs vacantia, & ſic Papa derogat litteris alternatiuis, alioquin beneficia vacantia in menſibus Ordinariorum non fuiſſent affecta Preciſtis, quod multi aſſerere voluerunt, ſed fruſtra, vt patet, & latius oſtendi ſuprà *in gloſ. cum in quibuſuis.*

VACAVERINT) An Preces habeant locum in quacumque vacatione, ſeu in beneficijs quouis modo vacantibus? & an in beneficijs reſeruatis? Pro elucidatione prioris dubij ſciendum, præter communem vacationis modum, qui eſt per obitum, aliam eſſe de iure & de facto, *vt in cap. 2. de conceſſ. præbend.* aliam de facto ſolùm, & non de

 iure

iure,quia nimirum beneficium non eſt liberum,eò quòd Collatarius non ſit adeptus poſſeſsionem & dependet ab ipſius voluntate, *cap. ſi tibi, de præbend in 6.* aliam denique eſſe vacationem de iure tantùm, vt quia incumbit poſſeſsioni coloratæ, de quo eſt caſus in cap. cùm in noſtris de conceſſ. præbend. Ex quo patebit reſolutio dictorum dubiorum, nimirum vt beneficia vacantia de iure, & de facto Preciſtis ſint affecta, exceptis tamen ijs, ex quibus reſultat reſeruatio, Extrauag. ad Regimen. Nam verbum *vacare* adaptatur cuicunque vacationi *L. ſi quis ſic ſtipuletur ff. ſol. matr. glo. in cap. ſi propter, de Reſcript. in 6. Bald. in cap. ex parte* 1. *ibi textus. col.* 2. *de off. delegat.* Itaque beneficia ipſo iure vacantia, videlicet per contractum matrimonij, ingreſſum religionis, per Promotionem,alijſque modis quos complexus ſum Gloſ. VIIJ. ad Reg. VIII. Cancellariæ, Precibus Cæſareis ſunt affecta.

a INTRA MENSEM) Diſponitur hic, vt Preciſtæ intra menſem à die vacationis beneficiorum acceptent, & merito: Nam diutina Eccleſiarum vacatio, diſpendioſa eſt, *cap. quam ſit, de electio.* Itaque debet intra menſem per ſe vel procuratorem ad id ſpeciale mandatum habentem acceptare. Sed an per laicum? an per ſubſtitutum?

27. dixi ſupra *in gloſ. per ſe vel alium.* In quo tamen adhuc aduerte,elucidando d. gloſſam, ſubſtitutum à procuratore cenſeri procuratorem, *cap.* 1. §. 1. *cap. is qui, & cap. ſi duo, de Procurat. in* 6. & cenſetur à Domino conſtitutus,quando à Domino habet ſpeciale mandatum,alioqui non *Rota deciſ.* 146. *incip. ſubſtitutus, de Procurat in No. & deciſ.*

28. 464. *etiam in no. per textum; in Litem eorum, §. ſi Decuriones ff. quod cuiuſque vni. nom. & deciſ.* 414. & 454. *etiam in No.* Itaque ſi Procurator non haberet poteſtatem ſubſtituendi à Domino, non valeret acceptatio ab illo inſtituto facta. Sed quid ſi ſubſtitutus, aut alius non habens mandatum ſpeciale ad acceptandum, acceptet? an tum ſufficiat Preciſtæ ratihabitio? ſufficit; dummodo ſit facta ratihabitio intra tempus ad acceptandum. *Couar. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 5. Nam in his quæ mandatum ſpeciale exigunt ratihabitio locum obtinet & admittenda eſt, *text. in c. vlt. de Jur. Alex. conſ.* 78. *lib.* 5. *Fely in cap. ſicut* 2. *de Simonia Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum ff. de acq. hæred. Rebuff. tract. Nominat. quæſt.* 14. *num.* 176. *quem etiam vide n.* 177. vbi inſuper quærit, an inhabilis poſſit conſtitui procurator ad ſubſtituendum habilem, quam quæſtionem diuerſis ſoluit diſtin-

ction b 18

ctionibus, & *num.* 178. & 184. vbi quærit quid de coniuncta perſona, & de Procuratore dato ad acceptandum & reſignandum, ſi poſtea collatum fuit nominato beneficium, an talis conſtitutus procurator poſsit reſignare, vel permutare? eum conſule, nolo enim ſcedas iſtas ſubitarias inuentis aliorum replere. Itaque regredior vnde diuerti, & quæro, à quo tempore menſis iſte datus ad acceptandum incipiat currere? & videtur quod à tempore publicæ vacationis in loco vel Eccleſia beneficij vacantis, *per Text. in Clem.* 1. *de conceſſ. præbend. Bellam concluſ.* 574. quod tamen intellige, niſi Preciſtæ probaretur abſentia, [d] vel ſimilis cauſa, quæ iuſtam ignorantiæ cauſam præberet, qua de re videatur Maſcard. *de probat. concluſ.* 1100. & 880. 29. d
Menoch lib. 6. *præſumpt.* 23. & *de arbitrar. Iud. caſu* 186. Alex. Moneta *de Opt. Can. cap.* 6. *concluſ.* 2. *per totum.* Sed an Preciſta poſsit acceptare beneficium poſt menſem à tempore vacationis, ſi res adhuc ſit integra, hoc eſt, ſi beneficium adhuc vacauerit, & necdum ſit alteri collatum? Staphil. de litt. grat. *tit. de vi & effectu, verſ.* 5: *non eſt omittendum* videtur tenere affirmatiuam, ſed ſatis vacillante manu, quam confirmo hac ratione: Per Cæſareas Preces non agitur de nouo iure quærendo, ſed de quæſito per Nominationem conſeruando: Ideoque acceptatio inualida diſpoſitionem facultatemque acceptãdi non conſumit, *L. Matrimonij cauſa ff. Qui & à quibus.* Verùm, res iam videtur extra controuerſiam propter clauſulam non obſtantiarum huius Indulti ibi: *& diligentijs per acceptantes deſuper faciendis &c.* aliàs eſſemus in conflictu opinionum, per not. Staphil. *d. tit.* & Io. Nicol. Gemontij *tract. de grat. expectat. cap.* 6. *num.* 14. & *ſeq.* Nihilominus ſi non eſſent iſtæ clauſulæ derogatoriæ exiſtimarim Preciſtam excidere à ſuis Precibus, qui intra menſem per ſe vel alium non acceptat, quia qui non acceptat intra tempus, non dicitur obſeruare formam, *Bald. in auth. quæ ſupplicatio in fin. C. de Precib. Imper. offer. text. in L. ſcire* §. *conſequens ff. de excuſ. tut. Modern. Pariſienſ. ad conſuet. Pariſ.* §. 13. *glo.* 10. *num.* 4. & per conſequens actus eſt nullus, *Rebuff. tract. nominat. quæſtio* 16 *num.* 6. atque ita ſecundus Impetrans præferretur primo Impetranti, præſertim quando eſt in notabili negligentia ad præſentationem ſui iuris *Ruzæus tract. iuris Regaliorum priuileg.* 4. dicitur autem quis conſtitutus in notabili negligentia, quando primus Imperans permittit, vt præbenda vacans conferatur ſecundo Impetranti, ita quòd proceditur ad executionem illius collationis *cap. ibi,*
 qui dic

qui de Reſcript. in 6. cap. ſi Clericus, verbo negligenter petere diſtulerit, *de præbend. in 6. Ruzæus tract. iuris Regaliorum priuilegio* 4. vel quando eſt tempus ſpecialiter conſtitutum, vt hic, *textus in Clem. vna, verbo intra menſem, de conceſſ. præbend. Fely. in cap. Sin autem de Reſcript.* quia quando quis tenetur ad factum limitato tempore, ſi non facit, probatur negligentia. *L. 3. §. ſi ad diem, ff. de re militari, L. 2. §. ſed ſi quis, ff. ſi quis cautio.* & Impetranti incumbit onus probandi acceptationẽ in tempore factam, quia, vbi certum & limitatum vel aliàs qualitas eſt fundamentum intentionis, ſiue actoris, ſiue rei, oportet quod illud tempus, & illa qualitas probetur per eum, qui ſe in illa fundat, *Bart. in L. non ſolum, §. ſed vt probari, ff. de oper. No. nunciat.* Ex quo igitur in Indulto datur pro forma menſis ſpatium ad acceptandum videtur quod poſt illud acceptare non poſſit, *arg. L. cum prætor ff. de Iudic.* & dato quod poſt mẽſem, inquit Staph. *d. tit.* re adhuc integra, poſſet acceptare, tamen Executor ipſi prouidere non poſſet, obſtante forma mandati, & pro parte inclinat Rota *dicta deciſione* 34. *Nota quod vbi Impetrans, in antiq.* Jn quo tamen ego ſubſiſto. Videatur Staphileus, *dicto tit. de vi & effect. clauſ.*

31. Dubitatur vlterius in eleganti, ſed ſinuoſa quæſtione, an ſi Preciſta ſit negligens in acceptando primam vacãtem, poſſit nihilominus petere ſecundam nulli adhuc debitam? lucis cauſſa, finge Petrum Preciſtam purè, & ſimpliciter intra menſem acceptaſſe, & ab illa acceptatione expreſsè vel tacitè reſilijſſe, præbendamque aliam ex noua vacatione in vim earundem Precum acceptaſſe, an potuit? Articulus iſte acriter nuper fuit diſcuſſus in vna Precum Paderbornẽ. & Hildeſien. ſed quia talis eſt vt ex Indulti verbis, aut illius diſpoſitione decidi nequeat, recurremus ad iuris noſtri diſpoſitionem, quàm ſi penſiculatè attendamus, non dubiè propoſitam quæſtionem pro negatiua reſoluemus. Ecce in primis iure ciuili ſtatutum eſt variationem impermiſſam eſſe, de quo eſt textus *in L. Is qui Stichum, ff. de*
32. *procur.* vbi ſe is qui Stichum vel Daniam vtrum eorum ipſe vellet, ſtipulatus, & ipſe aut procurator ipſius, cuius factum ratum habuerit alterum petijt, ſtipulatio conſumpta eſt, id eſt alterum petere non poteſt, *& in L. ſerui electione, in princ. ff. de leg.* 1. vbi ſerui electione legata ſemel dumtaxat optare poſſumus: cui legi conſonat textus *in L. apud Aufidium, ff. de Opt. legata*, vbi ſi ita legatum ſit, veſtimenta ſumat quæ velit, deinde antequam ea ſumeret, alia ſe velle dixiſſet, mutare

tare

tare voluntatem eum non poſſe: quia omne ius legati prima teſtatione conſumpſit: textus etiam *in L ſi is à quo, §. vlt. ff. vt in poſſ. leg.* vbi ſi ſemel ſatisdatum fuerit, caueri rurſus non eſt neceſſe, etiamſi fortè dicatur egenos fideiuſſores eſſe datos, &c.

Hinc fit vt omnis diſpoſitio in dubio reſtringuatur ad primum actum, *text. in L. eum, qui Calendis, ff. de verb. oblig. & in L. ſi duo. §. 1. de verb. ſignif.* Ex quo etiam ſequitur, vt qui ſemel intentionem ſuam ſaltem facto declarauit, non liceat ei amplius variare, *L Paulus. ff. rem ratam haberi.* Atque hæc quidem ex iure ciuili deducta confirmantur ſacris PONTIFICVM ſanctionibus, & in primis text. *in cap. ſi Clericus in princ. de præbend in 6.* vbi ſi ſimpliciter mandatum fuerit à ſancto PONTIFICE alium prouideri de beneficio, vacaturo intelligitur de primo, ita vt ſi pro quo mandatum fuerit, negligens fuerit in primo beneficio petendo, conſumpta extinctaque ſit ea gratia vt ex eo text. notant Dominic. Franc. & alij, alludit text. & gloſ. *in cap. gratia, in verb. eligas. de Reſcript. in 6.* vbi dicitur, ſi quis ſemel vnum beneficium elegerit conſumpta erit electio, nec poterit aliud eligere, *per cap. vlt. d. tit: & cap. 1. de poſtulat. & ibidem Archidiac. in d. cap. gratia. col. 2. verſic. ſed quid ſi vnum elegerit.* Ex eodem fonte procedit, quod imbibit gloſſa, *in cap. quia cunctis, in verb. cauſa. de conceſſ. præbend. in 6.* Reſcriptum de prouidendo alicui de dignitate vacante quam is duxerit acceptandam, intelligitur de prima, non etiam de ſecunda, niſi ex cauſa tanquam ſcilicet conſumpta ſit ea acceptatio prima per eum facta, *d. cap. quia in cunctis & L. apud Iulianus ff. de Opt. Legata, Tiraquel. ad legem Boues, §. hoc ſermone num. 55. de verb ſignificatif.* Inſuper adducitur textus *in Clem. 1. de renuntiat.* vbi electione ſemel facta liberum non eſt eligentibus variare, vt nec ijs qui in Eccleſia ius & facultatem nominandi habent, ſi ſemel nominauerint, variandi poteſtas non conceditur, *gloſ. in cap. cum, vos de off. ordinarij. Coraſ. de off. Electio. part. 4. cap 6. num. 10.* Similer ſi abſenti beneficium ſit collatum, ex illius acceptatione ius illi quæſitum eſt, *glo. in cap ſi tibi abſenti, de præbend.* adeo vt præiudicium tertij variare, voluntatemque mutare non poſſit: Nam quoties ex voluntatis mutatione alteri impedimentum vel detrimentum affertur, variatio reprobatur, & eo caſu obtinet Reg. iuris: Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt *cap. mutare, de Reg. iuris in 6.*

in 6. Maxime Eccleſiaſticis, quos debet eſſe cõſtantes, & non Protheo mutabiliores. Ex quibus omnibus abundè firmatam atque ſtabilitam
33. eſſe exiſtimo negatiuam quam propoſui, ſuſtinuique opinionem. Quam tamen limito inprimis cum Tiraquello *in d. l. boues.* vt non procedat, quando non valuit primus actus, quia tunc reiterandus eſt
e nam diſpoſitio loquens de actu, *e* intelligitur de primo qui valuit. *text. in l. qui per ſalutem. ff. de Iureiur. Fely. in cap. 2. de Treuga & pace.* Secundo, niſi acceptans non poſsit conſequi id quod acceptauit, *Hoſtien. cap. quia in cunctis, §. pen de conceſſ. prabend. in 6. arg. l. 2. de*
f *Opt. legata, l. maritus, §. fi. ff. de Adult.* Tertio, niſi acceptans *f* proteſtetur in ſua acceptatione, quod non intendit acceptare niſi quatenus de iure ſibi debeatur, & in quantum poſsit pacificè adipiſci poſſeſsionem, *glo. pragm. ſanctio §. ita tamen quod, verbo, nominatorum, de collat. arg. l. fi. debitor. ff. quib. mod. pig. ſol. Arnulph. Ruzaus tract. iuris Regalium priuileg.* 21. quam proteſtationem ſi interpoſuiſſet Preciſta ille Hildeſienſis, melius ſibi haud dubiè conſuluiſſet. Itaque prudentior fuit ille Preciſta Paderbonen. cui ſua Cæſ. Maieſtas Pri-
34. marias Preces conceſſerat ap primam vacaturam præbendam in Eccleſia Paderbonẽ. Ac quia caſus iſte, quem mihi communicauit magnæ cùm eruditionis, tum prudentiæ vir Arnold. Aldenhouius Ser.mi Principis Electoris Colenienſis à conſilijs intimis, elegans eſt, & aliquando adhuc vſuuenire poteſt, illum ita vti accidit in medium producam: Cæſar Matthias accepto Indulto Pontifico conceſsit primarias preces Ioanni ad primam vacaturam in Cathedrali Paderbonen. quas idem Ioannes inſinuauit in tempore Capitulo occurrente demum in menſe ordinario vacatione præbendæ, idem Ioannes illam acceptauit, verum hac lege; ſi Preces locum obtinerent in menſe ordinario, petijtque ſibi eiuſdem præbendæ poſſeſsionem tradi, deque fructibus reſponderi. Non obſtante iſta Preciſtæ acceptatione accidit Capitulum ad nominationem Turnarij conferre Petro; cui dictato per Ioannem iudicio, moritur interea alius Canonicus dictæ Eccleſiæ, etiam in menſe Ordinario, cuius præbendam dictus Ioannes iam informatus Preces etiam ordinarios menſes capere, acceptat, & quidem ſimpliciter. Itaque dubitatur vtra acceptatio eſſet præferenda, & an variatio Ioannis huic prouiſio nocere debeat quoad primam? Ra-
g tio dubitandi eſt, *g* quod per aſſecutionem incompatibilis vacet pri-

mum

mum, *c. de multa de præbend.* videturque tacitè renunciare acceptationi primæ. *glo. in Clem. gratia, verbo renunciare, de Reſcript.* Decidendi ratio, quod incompatibilitas beneficii non eſt cauſa, cur habenti tale, alterum conferri non poſſit; cùm etiam jure veteri, quo dignitatum & curatorum accumulatio cum majore odio, & præciſius prohibetur incompatibilitas, *d. cap. de multa, Extrauag. Execrabilis*, nullum faciat impedimentum in acquiſitione, ſed duntaxat in retentione, ut nimirum poſt acquiſitum incompatibile, aliud ejuſdem aut diverſi generis incompatibile acquiriri quidem poſſit, ſed ita ut acquiſito poſteriore cum effectu, id eſt, pacificè, priùs ipſo jure vacet, *Wameſ. conſ. 244. nu. 7. vol. 1.* At verò in facto præſentis quæſtionis, cum D. Joannes dumtaxat acceptaverit primum cum poteſtatione & conditione, ſi & in quantum Preces in menſibus ordinariorum valerent, profecto nihil re ipſa aſſecutus eſt, ſaltem ut ex acceptatione ſecundæ præbendæ induci poſſit *h* incompatibilitas, ex qua eliciatur renunciatio primæ: quod enim pendet, inquit, JC. non eſt pro eo quaſi ſit, *L. Is damnum dat, §. quod pendet, de reg. iur.* Itaque cum non poſſit Joannes effectu ſecundæ acceptationis gaudere, maximè in præjudicium Petri proviſi de ſecunda, nulla videtur ratio ſuadere, ut effectu prioris acceptationis fruſtretur: Reſtrictio enim ad primum actum locum non habet, quando quis in primo actu ſuo nulla ſua culpa fuit deceptus, tunc enim ad alium accedere aut redire poteſt. *Tyraquel. ad d. l Boves, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* Atqui in præſenti caſu, nulla poteſt imputari culpa Domino Joanni, propter errorem juris dubii, an Preces deberent & poſſent locum obtinere in menſibus Ordinariorum, de quo adhuc ſub Judices lis eſt: nam error juris valde dubii æquiparatur errori facti, qui excuſat, ut reſolvit meo tempore Rota *coram R. P. D. Coccino in una Viſeten. Canonicatus ſuper incompatibitate Mercurij*, 16. *Novemb.* 1611. *per Fely in c. de quarta de Præſcript. nu. 27. Capyc. deciſ. 10. n 20. Covar. c. poſſeſſor, parte 2. §. 7. n. 9. verſ. Tertia concluſio de Reg. iur. in 6.* Neque moveat quòd Pontifex in ſuo Indulto reliquerit in arbitratu Preciſtæ, acceptandi quandocunque, & quodcunque maluerit, aut duxerit acceptandum: quia ex eo non infertur Preciſtæ dari facultatem variandi, præſertim re nõ integra, ut in præſenti caſu ex collatione D. Petro facta: nam clauſula quod duxerit acceptandum aliud non tribuit Præciſtæ,

niſi ut poſſit acceptare primum ſi velit; ſin aliter, ſecundum poſſit expectare, illudque acceptare, ſi nec iſtud, tertium, & ſic de cæteris: quod ſi ſemel unum acceptârit, ex eo non datur ei variandi facultas, juxta concluſionem per nos propoſitam, & probatam: licet illam paulò ante tribus limitarim modis, quibus aliam addo limitationem, nimirum niſi Preciſta errore ductus elegerit ſeu acceptârit beneficiũ alteri collatum, vel debitum: tunc enim poterit aliud eligere & acceptare, *gloſ. in cap. quia in cunctis, in fi. verb. cauſſa, de conceſſ. præbend. in 6. Tyraquell. in d. §. hoc ſermone, limitatione 21.* ubi multam DD. claſſem ſuo more producit, electa enim via inutili non tollitur alia utilis, *L. mater decedens, ubi DD. de Inoff teſtam. L. Claudius ff. de acq. hæred.* Hinc Gigas eodem ſenſu ſcripſit per acceptationem invalidam non conſumi gratiam, *trac. de Penſio. quæſt. 29. num.* 10. *Rom. conſ. 329. ubi latè.* quod intellige, niſi prudens, ſciénſque acceptet, ut probat prolixè Tyraquel. *d. §. hoc ſermone.*

Affinis quæſtio proponi hîc poteſt, nimirum ſi Preciſta acceptavit beneficium, & requiſivit ſibi conferri, dicens vacare per obitum Petri, & tamen vacabat per obitum Joannis, an valeat acceptatio? & videtur quod non, quia non valet impetratio, ſi hôc modo fiat: videlicet quidam impetravit beneficium vacans per obitum Joannis, &
35. vacabat per obitum Petri, etiamſi apponeretur clauſula, & quovis alio modo vacet, tamen non deberetur Impetranti, quando vacat per aliam perſonam quàm expreſſam: nam expreſſo uno modo vacandi non venit alius, *cap. ſuſceptum, de Reſcriptis in 6.* Nihilominus contraria opinio videtur verior, videlicet acceptationem Preciſtæ, quando conſtat de corpore beneficii valere. 1, Quia eligens jus ſibi falſa opinione competens, illud quod ſibi competit, non amittit, *L. mater, §. nec eam ff. de inoff. teſtam. l. legitimam, ff. de petit. hæred. l. 2. C. de fideicom.* 2. quia falſa demonſtratio quando conſtat de corpore non vitiat, *l. demonſtratio, ff. de Condit. & demonſtrat. l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. Rebuff. tract. nominat. quæſt.* 14. nam quando in corpus quod traditur cõſentimus, in cauſſis verò diſſentimus, nihil eſt cauſſæ cur inefficax ſit traditio, *L. cùm in corpus, ff. de acq. rer. dom. gloſ. in §. Item quod ad dictas verbo, Nominatorum, de collat. in Pragm. ſanctio. Rota deciſ. 133. error, in no, & deciſ.* 407. *Si expectans, etiam in No.* Non obſtant ſupra adducta, inquit Rebuff. quia loquuntur in provi-

proviſione, ſecus in acceptatione, quæ non eſt niſi quædã voluntatis declaratio, & tendit ad executionem gratiæ, ut prædictum eſt. Ideo non mirum ſi erretur in modo vacationis, quod non impediatur acceptatio, dummodo ſequatur poſtea vera, & effectualis proviſio quæ dat jus, *cap. ſi tibi, de præbend. in 6.* [i] *Rota deciſ. 219. licet impetrans, in no. Rebuf. quæſt. 17. num. 25. & ſeqq.* ubi etiam *num. 27.* quærit an teneatur Nominatus probare titulum ſui prædeceſſoris, & reſolvit negativè & rectè, vide quæ hac de re notavi *in tract. de permut. benef. part. 3. quæſt. 11.* Plura de acceptatione facienda intra menſem vide quæ ſuprà notavi *in gloſ. verbo, intra menſem.* i

Ampliùs dubitatur, ſi Ordinarius alteri conferat non Preciſtæ, tempore debito, an poſtea eidem Preciſtæ requirenti poſſit cõferre? dubitationem movet, quod in beneficialibus prohibita ſit variatio, *Clem. 1. de renunciat. quod & alibi diximus.* Nihilominus contrarium verius videtur, *per c. fin. de Jurepat.* quod ad hoc laudat Rebuff. *tract. nominat. quæſt. 16. nu. 13.* nec obſtat dicta ratio dubitandi, quia melius eſt ſe ipſum corrigere, quàm ab alio corrigi, §. 1. *Auth. de nupt.* Deinde non præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum, *Reg. non præſtat, de Reg. in 6.* atqui prima collatio non tenuit, obſtante decreto irritanti huic Indulto inſerto, Ergo, &c. 36

Sed quid ſi negligente aut recuſante Ordinario conferre Preciſtæ, hic recurrat ad Vicarium, qui ignarus collationis ab Ordinario alteri factæ, eandem conferat Preciſtæ, & alius interim impetrat à Papa? quis iſtorum præferendus? Et videtur quod Apoſtolicus: quia Papa poteſt prævenire Ordinarios, & conferre, *cap. 2. de præbend.* Nihilominus præferenda Vicarii collatio ſi confert uti Executor Apoſtolicus vigore Precum, ideóque poterit ſupplere moram Ordinarii: Nam licet Vicarius non poſſit expedire ea quæ ſunt meræ gratiæ, poteſt tamen expedire ea quæ ſunt Juſtitiæ, & neceſſitatis, *Guil. de monte Lauduno in Clemen. una, de off. Vicar. & DD. in cap. fin. d. tit. 6.* 37

Rurſus an tempus iſtud unius menſis currat contra minorem, vel contra impeditum? probabile eſt illud tempus non currere durante minori ætate, vel impedimento, *L. 1. de annal. except. L. ob commiſſa, C. de Adult. L. ſcire oportet, §. ſufficit ff. de excuſ. tut.* ex quibus illa regula fit, quod impedito non currit tempus, quam inter alios probat 38

Tiraquel. de retraićte lign. §. 3. *gloſ.* 4. *& retraćt. convent.* §. 2. *gloſ.* 12 *num.* 78. dummodo tamen illud impedimentum non ſit affectatum, *Tiraquel. d. traćt. de retraićt. lign.* §. 35. *gloſ.* 4. *num.* 29. *Alexander Moneta de Opt. Can. cap.* 2. *quæſt.* 5. ubi ſcribit multo magis non currere tempus minoribus, durante juſto impedimento: ſic etiam abſentibus juſta de cauſa tempus non currit, *text. in L.* 1. *ff. Ex quibus cauſis maiores.* Dubitationem tamen movet, quod in beneficialibus, & aliis ſpiritualibus minor cenſeatur major, *cap. ex parte, de reſtitut. ſpol. cap. ſi annum, de Judiciјs in* 6. & cenſendus ſui juris eſt, ſicut filius familias in caſtrenſi peculio, *L.* 2. *ff. ad Macedo.* Sed iſtud ſolvitur hoc modo: verum illud eſſe in his quæ ſunt mere ſpiritualia, *ut poſt gloſ. Abb. Anch. & alios in cap. ex parte, de reſtitut. ſpol. Sfort. traćt. de reſtit. in integr. quæſt.* 6. *articulo* 1. ut ſunt matrimonium, ingreſſus religionis, votum, & ſimilia: nam in aliis, quæ non ſunt mere ſpiritualia, ſed ſpiritualibus ſolùm annexa, prout eſt materia beneficialis, datur minori enormiter læſo in integrum reſtitutio *Lud. Gomeſ. ad Reg. Cancell. de Triennali poſſ. quæſtio.* 15. *& Covar. L.* 1. *var. reſol. cap.* 4. *num.* 2. *& ſequent. Flam. Pariſ. traćt. de benef. lib.* 5. *quæſt.* 7. ubi etiam probant id procedere etiamſi de lucro captando agatur, ut puta de beneficio acquirendo, cujus obtinendi jus, vel ſpem proximam quis habebat, *Alex. Moneta d. cap.* 6. *num.* 49. *cui adde Guimer. ad pragm. ſanćtio. tit. pacif. poſſeſſ. verbo, in gloſſa verbi Impedimenti*, ubi dicit, quod contra pupillum ipſo jure non currit temporis præſcriptio, ſecus ſi ſit major 14. annis, quia tunc curret ipſo jure, ſed reſtituendus eſt, cùm ſit læſus, & certet de damno vitando, quo caſu fit reſtitutio, etiam re non integra, & adverſus tertium, *L. in cauſſa*, §. *interdum ff. de minor.* Quod notandum eſt.

g DUXERINT ACCEPTANDA.) De hac clauſula dixi ſuprà *in gloſ.*
39. *verbi, Intra menſem.* Porrò adverte, acceptationem nihil aliud eſſe, quàm declarationem voluntatis, quæ à [k] quocumque etiam laico
k fieri poteſt, dummodo ſpeciale mandatum habeat, ut dićto loco oſtendimus, & probat Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 16. Gonzalez *ad Reg. VIII. Cancell. gloſ.* 38. *num.* 24. *& ſeq.* ſed iſta acceptatio tendit ad executionem gratiæ, *Gominia. in cap. ſuſceptum* 2. *de Reſcript. in* 6. *Ruzæus traćt. Regal. quæſt.* 1. *num.* 18. Sed utrum opus ſit inſinuatione gratiæ Præcum ante menſem? Ita videtur: nam aliàs

Ordinarii

Ordinarii manus non eſſent ligatæ, poſſetque conferre occurrente vacatione. Et non ſufficit ſi fiat inſinuatio per æquipollens, *Germon. tract. de Indult. Card. in inſcript. nu.* 37. Quæritur porrò an ſufficiat, ſi, Ordinario abſente, fiat Vicario? ita videtur, adeò ut ſi poſtea Ordinarius conferat alteri, non valebit, licet dicat ſe ignorare inſinuationem factam Vicario, *Rota deciſ.* 43. *nota utrum, in antiq. Rebuff. de nomina quaſt.* 14. *num.* 60. Quid ſi Vicarius non ſit in Diœceſi? valebit nihilominus inſinuatio, quia quæ ſunt voluntariæ Juriſdictionis, poſſunt etiam extra territorium exerceri. *L.* 2. *ff. de off. Proconſ.* Denique adverte, ſi Preces dirigantur Capitulo, illas inſinuandas in Capitulo, Canonicis capitulariter congregatis, *ut notat Rebuff. d. quaſt.* 14. *num.* 74. 40. 41. 42.

h Alias quam per Constitutionem ad Regimen.) Dictio *Alias* multis modis accipitur, ſed in ſubjecta materia interpretatur pro aliter, ſeu alio modo, vel alio caſu, *ut L.* 2. §. *mulier, ff. de teſtam.* videlicet quod Indultum noſtrum reſervat omnia beneficia, eáque Preciſtis afficit quocumque modo vacatura aliter ſeu alio caſu, vel modo, quàm per extravagantem ad Regimen, *Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloſ.* 14, *in fi.* Itaque adverte, quòd hic excipiantur tantùm reſervationes, de quibus in extravag. ad regimen, de præbend. per quam reſervantur beneficia Capellanorum Papæ, & aliorum Officialium Rom. Curiæ, eorumque qui decedunt in Rom. Curia, vel locis à dicta Curia non ultra duas Diætas diſtantibus, & eorum beneficia quæ vacant per aſſecutionem aliorum. Aliæ porrò reſervationes Preciſtis obnoxiæ erunt: nam qui unum excipit, aliud videtur concedere, *cap. Nonne, de Præſumptio.* Et exceptio aliquorum caſuũ firmat Regulam in contrarium quoad caſus non exceptos. *Auth. de non alien.* §. *ut autem, col.* 1. *Dec. in L.* 1. *num.* 21. & 27. *ff. de Reg. Iur. Alexand. conſ.* 35. *num.* 10. *lib.* 4. & *conſ.* 143. *num.* 2. *vol.* 7. *Couar. lib.* 2. *var. cap.* 5. *num* 6. *Fely. cap. quoniam frequenter, num.* 1. & *ſeqq. ut lite non conteſt.* Et ſi voluiſſet Papa Preces Imperiales non afficere alias reſervationes, utique declaraſſet, & ſibi retinuiſſet, ſicut unam ſibi retinuit, *cap. ad audientiam, de decim. Rebuff. tract. de Regia ad Prælat. Nominat. faciend. in Rub.* §. 1. *verbo, vacantibus.* Porrò quot ſint reſervationum ſpecies, diſtinctè oſtendi ad Reg. 1. Cancell. Apoſt. *poſt num.* 23. & quemaomodum beneficia 43.

reſervata aliàs, quàm per conſtitutionem ad Regimen ſunt affecta Preciſtis, ita etiam Regaliſtis in Gallia, ut notat Ruzæus *tract. Regaliorum 7. privileg.* Plura hac de re vide quæ ſuprà ſcripſi ſec. 11. *verbo ſuper ſingulis beneficiis.*

[i] VACAVERINT) Quot modis dicatur beneficium vacare, conſule Rebuff. *tract. de nominat. ad prælat.* §. *monaſteriis, verbo, vacantibus*, ubi enumerat unum & triginta modos vacationum, de quibus etiam
44. ago ad Reg. Cancell. Cæterùm adverte quòd in hac vacatione, de qua hic, non intelligitur ea, quæ fit ex cauſſa reſignationis: Privilegium enim loquens de beneficiis vacantibus, non habet locum in his, quæ vacant per reſignationem in favorem, *Flam. Pariſ. de Reſignat. beneſ. lib.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 18 *&* 23. Sic Reg. VIII. Cancell. quæ concedit Epiſcopis reſidentibus collationem alternativam, excipit beneficia vacantia ex cauſa reſignationis ſive illa ſit pura, ſive conditionalis, ne reſervatio quam ibi facit minus oneroſa Ordinariis videretur, quæ ratio etiam militat in diſpoſitione noſtri Indulti, *Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. glo.* 14. *num.* 80.

[k] ET PERSONÆ NOMINATÆ) Ecce Papa extèndit gratiam ſuam,
45. etiamſi Preciſta habeat alia beneficia, in eadem Eccleſia, dummodo tamen talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica in ſimul obtineri
46. poſſint, ut ſtatim ſubjicitur. Aſt, quæ ſunt illa? nimirum difformia, ut ſunt Dignitates, & Canonicatus; beneficium curatum & ſimplex; Canonicatus & Capellania, beneficium curatum ſeu ſimplex cum Capellania: hæc enim de jure ſunt compatibilia, niſi aliàs ratione reſidentiæ, ſeu ſervitii ſint ſibi repugnantia. *Abb. conſ.* 96. *dub.* 2 *part.* 2. *Domin. in cap. cum in Eccleſia, de Præbend. in* 6 *num.* 7. *Navar. conſ.* 21. *de præbend. & conſ.* 24. *d. tit. num.* 4 *&* 6. ubi docet quod de jure communi duo beneficia difformia ejuſdem Eccleſiæ ſibi alioqui non repugnantia, propter onera utrique eodem tempore incumbentia, nunquam ſunt incompatibilia etiam quoad retentionem, quia non facit ea incompatibilia neceſſitas reſidendi: Nam cùm conſiſtant in eadem Eccleſia, poteſt quis in utroque reſidere, ut in dignitate & canonicatu, &c. *Leſſius de Juſtit. & iure lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 144. *Garcias de beneſ. part.* 11. *cap.* 5. §. 2. *num.* 235. *Mohed. deciſ.* 15. *de præb.* Licet poſtea Garcias num. 243. aliter S. Congregationem reſolviſſe ſcribat, quem etiam vide num. 259. ubi quærit, quæ beneficia dican-

tur

tur eſſe ſub eodem tecto, & reſolvit, quòd beneficium ſitum in Capella, clauſtro, cœmiterio ſeu ambitu contiguo Eccleſiæ, cenſetur eſſe in eadem Eccleſia: ſi verò non eſſent Eccleſiæ contiguæ, ſed extra ſepta illius, beneficium ibi ſitum non cenſeretur eſſe in Eccleſia principali, *facit deciſ. Rota 6 de conceſſ. præbend. in No* ubi continetur quòd habens gratiam in certa Eccleſia poteſt acceptare beneficium vacans in cæmiterio, ambitu, vel capellis contiguis iſtius Eccleſiæ, quia pars illius Eccleſiæ ſunt. Nam ſi ſuburbia ſunt de continentibus ædificiis urbis, multo fortius ambitus, Capellæ, & cœmiterium ipſius Eccleſiæ contiguum; ſecus autem erit ſi capella ſeu beneficium ſit extra ſepta Monaſterii ſeu Eccleſiæ ſituatum, licet Capellanus, vel Rector iſtius Capellæ teneatur ad aliquod miniſterium in Eccleſia majori, puta intereſſe divinis, vel ſimilia; conſideratur enim potiùs corpus beneficii, & locus, ubi eſt ſituatum, quàm ſervitium ſeu miniſterium, quod alibi facere tenetur, *arg. l. cum quidã, ff. de fundo inſtructo.* Confert alia deciſ. Rotæ 15. *&* 16. *de Jurepatro. in antiq.* ubi fuit reſolutum, quod ſi Abbas ſit patronus unius Eccleſiæ, & in ea novæ Capellæ ædificentur, [l] erit ſimiliter patronus illarum quia contentum ſequitur naturam continentis, *Abb. in cap. ad Audientiam ibi, de Eccleſiis ædificand. num.* 11. *Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloſ.* 10. 1

[l] Ac Secundum Statuta) Hæc clauſula poſita fuit, ut nimirum cenſeantur ſublata ſtatuta contraria Eccleſiarum, ut puta actu ſacerdotium requirentia, aut certam ætatem, vel aliquid ſimile, ita 47. quod expectans vel aliàs Impetrans Apoſtolicus poſſit hujuſmodi beneficia acceptare, licet non ſit in tali ætate, qua intra annum poſſit promoveri in ſacerdotem, *Rota deciſ.* 466. *incip. Nota quod ſtatuta, in antiq.* Nam clauſula prædicta, Non obstantibus, &c. tollit inhabilitates, quæ ſurgunt à ſtatuto Eccleſiæ, non autem quæ à jure communi ſurgerent, *Guiter. Rep. L. nemo pot. num.* 172. *ff. de leg.* 1. Verùm iſtud reſtringit hic Pontifex, dummodo quoad iſtos defectus ſit diſpenſatus: Nam licet Pontifex det poteſtatem Executoribus conferendi beneficia Preciſtis incapacibus, tamen vult cum eis legitimè eſſe diſpenſatum. Neque enim ex conceſſione poteſtatis con- 48. ferendi, conceſſa videri debet poteſtas diſpenſandi, aut conferendi defectum ætatis patientibus: hæc enim poteſtas ſpecialem conceſſionem:

nem requirit, *cap. authoritate, de Privileg. in 6. Cal. conſ. 3. de off. Vicar. Wameſ. conſ. 32. nu. 4. vol. 1:*

Sed quid ſi Preces conceſſæ fuerint ante tonſuram clericalem? an valeant? *Vide Imo. & alios in cap. 2. de Inſtitut. Fred. cap. ſi eo tempore, de Reſcrip. in 6. Fred. conſ. 290. quia in præſenti, col. 5. verſ. videatis, Fely. in cap. cum adeo, num. 2. de reſcript. Paul. Pariſ. conſ. 125. vol. 4.*

Dictæ quæſtioni reſpondet *Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 1. n. 31. & ſeqq.* poſt diverſas R*otæ deciſ.* adjecta diſtinctione, & differentia inter, præſentationem actualem coram ſuperiore deductam, pro habenda, & aſſequenda proviſione, & inter præſentationem factam per litteras, ſeu inſtrumentum, de eo qui de tempore factæ ſcripturæ, & inſtrumenti nominationis non erat clericus, quæ ſubſiſtit ſi de tempore factæ præſentationi, coram Ordinario jam erat clericus, quia tunc vere fit præſentatio, cum nominatio, ſeu ſcriptura inſtrumenti præſentationis præſentatur Ordinario; *De Auctoritatibus, citatorum*, unanimiter concludentium; quod præſentatio intelligatur tantum quando fit ſuperiori, alioquin magis dicitur nominatio, & ſic licet Patronus præſentandum nominet, & tradat nominato inſtrumentum præſentationis, interim priuſquam ſit præſentatum ſuperiori, non habet jus in re, nec ad rem, nec ullum jus acquirit ante actualem præſentationem & aptè *Flam. de reſignat lib. 4. quæſt. 2. n. 5.* jnxta concluſ. R*otæ in una Imolem iuriſpatronatus coram* R. *D. P. Orano* 19. *Novembris*, 1584. limitavit non procedere, quando præſentatur proximè clericandus, nam tali caſu præſentatus non eſt penitus indignus, cum ante inſtitutionem ſit tonſuratus.

Uti in ſimili hic juncta facti ſpecie reſolvit S. Congreg. Interpret. Conc. Trid. *Seſſ. 7. c. 10. de reformat.* pag. 107. ædit. Antuerpien. 1633.

Vicarius capituli ſede vacante infra annum poteſt concedere dimiſſorias, ad primam tonſuram, ei qui eſt præſentatus à patronis laïcis ad beneficium Eccleſiaſticum, juriſpatronatus ipſorum, ut illud obtinere valeat.

Et dum *Flam. de reſignat. lib. 4. quæſt. 9. n. 24.* dicit collationem factam non habenti ætatem requiſitam, (quaſi non habili, & non

non qualificato) non ſubſiſtere, non loquitur de nominatione ſimplici, per quam uti dictum eſt, nullũ jus acquiritur nominato, ſed de collatione, plus ſiquidem eſt conferre quam præſentare, *Paulus de Citad. in tract. de iurepatronat. cauſa* 5. acquirendi jus patronatus n. 5.

Preces autem Cæſareæ nullam inducunt collationem nec proviſionem, ſed dumtaxat Cæſar ſimpliciter & nude nominat perſonas (& quaſi motu proprio, nec ad petitionem, & ad cujuſquam inſtantiam) quibus vacatione adveniente, per Executores vel alios collatores ibidem denominatos (prout in textu & tenore precum) conferri, & provideri intendit.

Quid ſi tempore nominationis non erat in ætate ſufficienti, ſed tempore acceptationis, & collationis erat, ſubſiſtetne collatio, etiamſi quæ hic requiritur diſpenſatio non intervenerit? ſubſiſtet, ſi Lucio credimus, in Placitis Curiæ Pariſien. *lib.* 1. *placitor. tit.* 4. *Placito* 1. ratio eſt, quia in beneficialibus attenditur ſtatus præſens, *cap. cum de beneficio, de prabend. in* 6. Et ſufficit quod is reperiatur habilis tempore Collationis factæ, *text. in cap. ſi eo tempore, de Reſcript. in* 6 *Abb. in cap. dilectus, il.* 1. *de Prabend. Fa. cap. Is, cui, de prabend. in* 6. 49.

Aut de legitimo Matrimonio) Et ſic vides illegitimos, niſi ſit cum eis diſpenſatum, Precibus frui non debere. Et meritò. 50.
Nam cum Cæſar ſurrogatus ſit in locum Papæ, *Philipp. Probus in tract. Regal. quæſt.* 17. *num.* 2. & ideò eodem jure, quo Papa uti debet, *cap. is qui in ius, de Reg. iuris*, maximè in ſpiritualibus, in quibus pleno jure ſurrogatur Papæ, *cap. per venerabilem*, §. *inſuper, qui filii ſint legitimi.* Deinde Cæsar amator eſt caſtitatis, & legitimi thori, *L. ita nobis pudor., C. de adult. & in Auth. de lenonib.* & ideò non videtur è mente ejus eſſe, ut illegitimi ejuſmodi Precibus gaudeant, juxta illud: non erit filius ancillæ, cum filio liberæ, *cap. ſatis, de ſepult. cap. accedens, de pug. canon.* Rurſus intereſt Cæſaris ne filius ſit paternæ incontinentiæ imitator juxta illud:

Sæpè ſolet ſimilis filius eſſe patri, *cap.* 1. *diſt.* 52. *cap. fin. ubi DD. de filiis Presbyter. in* 6. Præterea licet Cæsar poſſit reſtituere quoad natalia, *C. de Natalibus reſtit.* non tamen ut ſit ad beneficia habilis, ne circa idem plura ſpecialia concurrant, *L.* 1. *C. de dotis promiſſ. Arnulphus privileg.* 10. nimirum laicum conferre beneficia, & reſtituere

ad ea obtinenda. Ex quo infertur, Reſtitutionem Natalium fieri à Pontifice, & habetur talis illegitimus tanquam ſi ab initio fuiſſet legitimatus, *L. Imperiali*, §. *ſi nullo*, *C. de Nupt.* proinde non requiritur ut collationem ſequatur diſpenſatio, ſed ſufficit ſi præcedat, *Abb. in cap. innotuit, col. 2. de Electio.* ubi dicit, quod ſufficit dipēſatio illius qui habet poteſtatem tollendi irregularitatē, vel incapacitatem ad hoc, ut collatio ſubſequens validetur.

Ad Sedem Apostolicam legitime devoluta:) De hac devolutione præter textum in cap. cum in noſtris, de conceſſ. præb.
51. cap. unico, ut Eccleſiaſt. benef. vide Rebuff. *in praxi tit. de devolutionibus*, ubi exactè materiam devolutionis perſequitur, & noviſſimè Nicol. Garcias *tract. de benef. parte* 10. *c.* 3. Ad rem verò noſtram quod attinet, notandum eſt Preces non capere beneficia ad Sedem Apoſt. devoluta, ut hic habetur; ſecus ergò ſi ſint devoluta ad immediatè ſuperiorem: quando enim collatio ſpectat ad inferiores, tunc devolutio fit ad immediatè ſuperiorem, qui ſuperior non ſolum beneficium ad ſe devolutum conferre poteſt, ſed etiam in poſſeſſionem inducere, *text. in cap. ex parte Haſtenſis, ubi Abb. de Conceſſ. Præb.* Finge ergò Abbatem, Præpoſitum, vel alium alicujus diœceſis in Germania Prælatum, ex privilegio, conſuetudine, vel aliter jus conferendi beneficia habentem, occurrente illorum vacatione, ea intra ſex menſes non conferre, aut conferendo peccaſſe in materia, vel forma, adeò quod juris miniſterio devolutio facta ſit ad Epiſcopum (ad quem nimirum devoluuntur beneficia, quando collatio ſpectat ad inferiores, niſi tamen conſuetudo, vel privilegium ſint in contrarium, ut in Exemptis, *Clem. una, ibi Card. de ſupplend. neglig. Prælat. Clem. ſi de beneficio, de præbend.*) an ejuſmodi beneficia ſic devoluta precibus erunt affecta? Ita videtur; cùm exceptio firmet Regulam in caſibus non exceptis, *L. nam quod liquidè*, §. *fi. de Penu. Leg. Cagnol. ad Reg.* 1. *n.* 31. *& ſeq. de Reg. iuris.* Papa autem hic voluit non comprehendi beneficia ad S. Sedem devoluta, in aliis ergo ſecus erit: quod intellige niſi Papa prævenerit immediatè ſuperiorem: quia Papa poteſt concurrere cum Epiſcopo, Archiepiſcopo, aut Capitulo ad quod facta eſt devolutio, *Abb. in cap. quia diverſitate, de conceſſ. Præb. Garcias de benef.* 10. *c.* 4. *n.* 30.

Neque

NEQUE SUPER ILLIS INTER ALIQUOS LIS PENDEAT INDECISA) Sic nota, Preces Imperiales non capere litigioſa beneficia, nec 52. etiam Preciſtam teneri illa acceptare, *Philip. Probus tract. iur. Regal. quaſt.* 27. *num.* 10. ſi tamen ſciens illud eſſe litigioſum, requirat, ut acceptet: tunc proſequi tenebitur, ut notat idem Probus, *tract. de Penſio, part.* 2. *quaſt.* 4. atque hoc eſt generale in Expectativis, ut illæ non capiant beneficia litigioſa, ut tenet Bonifacius de Vitalinis Rotæ auditor, *in Clem.* 1. *col.* 2. *ut lite pen. Rota deciſ.* 28. *de conceſſ. Præb. in Antiq.* quod fallit ſi quis impetraret gratiam à Papa in forma juris, puta ſi conſtiterit Titium fuiſſe homicidam: Nam ſi lite pendente Titius moritur, poterit Preciſta tale beneficium acceptare, *Gomeſ. ad Reg. de Trien. quaſt.* 40. & ſic adverte quod hic dicitur Preces non capere beneficia litigioſa, verum eſſe quando poſt litem inceptam illæ conceſſæ ſunt, ſecus ſi ante, *Gomeſ. ad d. Reg. qu.* 41.

Sed quid ſi lis ſit notoriè frivola? Certè, par eſt Precibus eſſe locum, cum lis injuſta, vel calũnioſa nõ inducat vitium litigioſi, *L.* 1. *ff. de litigioſ. Gomeſ. ad Reg. de Annal. quaſt.* 45. *Mandoſ. ad Reg. de ſurrogan. Collitig. quaſt.* 11. *num.* 6. ut & ſi lis fuerit ſuper poſſeſſionem tantùm; 53. cùm vitium litigioſi in beneficiis non inducatur, ſi lis tantùm ſit ſuper poſſeſſionem illorum, *Wameſ. conſ.* 251. *nu.* 9. *de Præb. Mandoſ. ad d. Reg. quaſt.* 13. *num.* 4. ubi multos allegat; denique ſi mota ſit lis contra Triennalem: quia non dicetur beneficium litigioſum, *Rebuff. ad Reg. de Triennali, gloſ.* 5. *& in addit. ad d. Reg. verſ. ſextus caſus.*

CUM OMNIBUS JURIBUS ET PERTINENTIIS) Quorum appellatione veniunt, quæ à lege, conſuetudine, vel ſtatuto deputata ſunt, *Rebuff. in forma Mand. Apoſt. in gloſſ. verbi Pertinentiis.*

PERSONIS IPSIS ETIAM DUO VEL TRIA) Atque ita Preciſtæ majori favore dignantur, quàm nominati ab Univerſitatibus: quia 54. iſti debent exprimere beneficia, quæ obtinent, etiamſi unum minimum haberent, & hoc, ut Univerſitates inſtruantur, an Impetrantes Nominationes habeant duas præbendas, aut dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia uſque ad certam ſummam: Nam his caſibus non debent univerſitates Nominationes concedere, nec Collatores eiſdẽ providere: Ut latè oſtendit Rebuff. *in tr. nominat. quaſt.* 9. Preciſtæ autem non tenentur hoc exprimere; quia etiamſi habeant

duo, vel tria, vel plura, quorumcumque qualitatis & valoris, poſſunt nominari, & vigore Precum hujuſmodi Nominationis in quocumque menſe vacans beneficium acceptare, ut antè oſtendimus: etiam non obſtante alia gratia expectativa, vel mandato de providendo, ut poſtea ſubjicitur.

CUJUSCUMQUE ANNUI VALORIS) Limita hoc in Civitate, &
55. Diœceſi Leodien. in beneficiis, quæ excedunt duas argenti Marchas. Beneficiorum enim quorum fructus non excedunt dictas duas argenti Marchas, libera relinquitur collatio Ordinariis, nec illa ſub quibuſvis gratiis contineri ex conſtitutione Eugeniana de data anni
m 1432. quæ confirmata eſt per Sixtum anno 1479.[m] & Pium II. anno
56. 1458. atque etiam poſtea per Maximilianum I. & Carolum V. Impp.
n manifeſtum eſt. Porrò argenti[n] Marcha valet ducatos ſex de Camera, teſte Gomeſio *ad Reg. de Valore.* Wameſ. *conſ. 237. num. 20. de Præbend.* Ducatus autem de Camera valet unum ſcutum auri in auro cum uno Julio. Julius porrò æſtimatur denario antiquo Romano ſeu Regali Hiſpanico, ut oſtendi in tractatu de re nummaria ante aliquot menſes in lucem edito.

CONFERRE, ET ASSIGNARE) Quid ſi Collatores nolint? Pro-
57. cedent Executores contra eos per cenſuras, ut hic ſubjicitur, aut Preciſta recurret ad ſuperiorem immediatum, aut Papam, qui ſemper poteſt adiri jure concurſus, qua de re vide, quæ latè ſcribit Pet.
58. Rebuff. *ad concord. Franciæ, §. ſi quis verò, verbo diſpoſuerit, & ſeqq.* Quid ſi Collator latitet, aut aliàs obſtet quò minus fiat ipſi inhibitio, aut inſinuatio? perindè erit ac ſi facta fuiſſet: ſicut pro citato habetur, qui ſe occultat, vel impedit ne poſſit citari, *c. quoniam frequenter, §. porrò, ut lite conteſt. cap. 1. de foro compet. Guimer. ad Pragmat. ſanctio. tit. de collatio.*

Quæritur ulterius an Decanus, & capitulum poſſit impedire pre-
59. ciſtam, denegando illi poſſeſſionem, ſi conſtet de juſtitia, & defectu tituli? Et videtur prima fronte poſſe: quia in beneficialibus admittitur exceptio defectus tituli, *Abb. in cap. litteris, de reſtitut. ſpol.* Secundò, quia beneficium Eccleſiaſticum, ſine Canonica inſtitutione obtineri non poteſt, *c. beneficium, de regulis iur. in 6.* Tertiò, quia præjudicium publicum vertitur: nam retinens beneficium cum defectu tituli, peccat mortaliter, *cap. dudum 2. de Elect.*

c. nemo

c. nemo & c. nullus 11. *quaſt.* 3. & talis non eſt admittendus, ne detur vitioſus ingreſſus, contra text. *in cap.* 1. *de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeru.* Contrarium tamen veroſimilius eſt. Nam licet beneficium non poſſit effici Clerici, niſi prævia inſtitutione Canonica, & legitimo titulo, dictis juribus, poſſeſſio tamen poteſt transferri ſine titulo, *Abb. in cap. in litteris, de Reſtit. ſpol.* & quod dictum eſt beneficium ſine Canonica inſtitutione obtineri non poſſe, hoc verum eſt reſpectu juris, non reſpectu poſſeſſionis, *o* quæ plus facti, quàm juris habet, *L.* 1. §. *adipiſcimur, &* §. *ſi vir, & L. poſſeſſionem. ff. de acq. hared. Mandoſ. ad Reg. de Annal. quaſt.* 25. *nu.* 2. Hinc fit ut exceptiones, quæ concernunt titulum, non impediant immiſſionem in poſſeſſionem. *Abb. in cap. cum olim. nu.* 15. *de cauſa poſſeſſ. & propt. & in cap. poſt ceſſionem, nu.* 6. & 13. *de conceſſ. præbend. Gonzalez. ad Reg. VIII. Cancell. gloſ.* 15. §. 2. *nu.* 85. *ubi multos allegat, & ita dicit ſervare Rotam.* Sed hic Preciſta habet titulum coloratum, qui ſufficit ad tollendam omnem intruſionem, *Rota deciſ.* 279. *alias* 261. titulum dico coloratum ex conceſſione Precum ipſi facta per Cæſarem, ſatis validum, ut Decanus, & Capitulum adſtringantur ad illius receptionem, cùm illud non habeat, niſi nudum inſtallationis miniſterium: ſecus tamen eſſet ſi haberet liberam collationem, quia tunc poſſet ei competere cauſæ cognitio, poſſetq; ſe opponere & appellare, & interea conferre, *Pet. de Anchor & Dominic. in c.* 2. *ut lite pendente, Arnulphus Ruzæus tr. iur. Regal. privileg.* 6. Hoc ceſſante tenetur recipere Preciſtam, ſalvo jure cujuſlibet, quia non ſpectat ad Capitulum cognoſcere de viribus tituli, *Philipp. Probus tr. regal. quaſt.* 36. ſed eſt Executoris, qui jus tertii non tollit, ſeu illi non derogat, *L.* 2. §. *meritò, &* §. *ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.* Et ſecundum hanc concluſionem nuper conſultus reſpondi pro Domino Hermanno Kinckio contra Capitulum S. Adalberti Oppidi Aquiſgranenſis. Proponebatur enim mihi in facto, eundem Dominum Hermannum Kinckium Rectorem & poſſeſſorem Eccleſiæ Parochialis S. Petri dicti Oppidi fuiſſe vigore Primariarum Precum Cæſaris aſſecutum poſſeſſionem Canonicatus & præbendæ S. Adalberti prædicti Oppidi anno 1616. Julii 3. citra tamen cōmodum fructuum, qui juxta illius Eccleſiæ ſtatuta pro biennio integro partim debentur fabricæ,

Margin: o (beside "quæ plus facti"); 60. (beside "Sed hic Preciſta habet"); 61. (beside "Capitulum adſtringantur"); 62. (beside "concluſionem nuper conſultus").

partim hæredibus defuncti: in eaq; poſſeſſione manſit integro triennio; quo elapſo movetur illi dubium, an ejus Cæſarea proviſio ſubſiſteret propter incompatibilitatem, licet alioqui dicta Eccleſia Parochialis ſit ita Eccleſiæ S. Adalberti vicina, ut commodè utrique deſervire poſſit. Nihilominus ut rẽ cõſtitueret in vado, recurrit ad Sanctiſſ. à quo obtinet gratiam ſuper nova proviſione cum retentione Parochialis, idq; anno 1619. 15. Kal. Octob. cum clauſula: *Dummodo Canonicatus & præbenda, ac Parochialis Eccleſia huiuſmodi debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarũ cura in dicta Parochiali Eccleſia nullatenus negligatur, & idẽ Hermannus eidẽ Eccleſiæ deſervire, & apud illã perſonaliter reſidere, nec quicquam ex illius ſervitio debito prætermittere debeat, at pro illis diebus & horis quibus d. Eccleſiæ S. Adelberti ratione Canonicatus & præbendæ non inſervierit, diſtributiones non lucretur.* Vigore hujus novæ proviſionis, & diſpenſationis Apoſtolicæ, idem Dominus Hermannus triennio poſt adeptã poſſeſſionem, finitiſq; annis carentiæ, petit ſe admitti ad reſidentiam, & de fructibus ſibi reſponderi, aliaſq; ut moris eſt: Capitulum recuſat allegatq; prædictam gratiam Apoſtolicam tam circa proviſionem, quã Eccleſiæ Parochialis retentionem, eſſe ſubreptitiam, nec eidem Domino Hermanno ſuffragari: Inprimis quia ſubticuit verum valorem. Secundò quia narravit commodè utrique ſe deſervire poſſe, quod falſum eſt, ut prætendunt, propter onera curæ incumbentia, quæ ſunt incompatibilia cum oneribus d. Eccleſiæ S. Adalberti. Tertiò, quia utrumque retinuit per triennium, & ultra, ſine diſpenſatione legitima, ideoq; fuit privatus, ut prætendunt, utroque ipſo jure, juxta reſolutiones Ill.[ium] Cardinaliũ, Interpr. ſacri Conc. Trid. relatas per Wameſ. *conſ.* 233. cujus privationis taciturnitas propter vitium ambitionis, & execrabilitatis, reddit gratiam ſimplicis proviſionis ſubreptitiam.

Quærebatur modò an Capitulum eſſet fundatum, hoc eſt, an Dominum Hermannum poſſet impedire, quòminus admittatur ad primam reſidentiam cum plenitudine juris Canonicalis, poſſitq; ei objicere incompatibilitatem Canonicatus continuam reſidentiam requirentis, cum parochiali curam animarum habente, & perſonalem reſidentiam requirẽnte? Reſpondi, non videri fundatum, nec præmiſſa Domino Hermanno poſſe objicere. Rationes autem quæ me moverunt ſunt illæ, quas præmiſi, nimirum quòd Dominus Hermannus

habeat

habeat titulũ coloratum, neque eſſe Capituli, diſcutere exceptiones, quæ concernunt titulũ, ſed eſſe Judicis Executoris; corã quo ſi tertius illas opponat, is videbit an relevantes ſint, vel non: Capitulum enim habet nudum miniſterium inſtallationis, nec titulus proviſi habetur in conſideratione in nudo miniſterio facti, & poſſeſſionis, ut pulchrè re- [illegible]
ſolverunt Arnulphus Ruzæus *tract. iur. Regal. privileg. 6. per tot.* & Philipp. Probus *eodem tract. quæst. 36. etiam per tot.*

Imò, etiam ſi in caſu præſentis quæſtionis diſcutiendus eſſet titulus Domini Hermanni, luce clarius appareret coloratus, qui ſufficit ut tueri ſe poſſit Reg. de triennali. Illi enim ſoli diſcoloratum habere dicuntur titulum ad effectum illius Regulæ, qui habent titulum per ſimoniam, vel titulum de reſervato beneficio, reſervatione in corpore juris clauſa: quia iſti duo caſus dumtaxat excipiuntur, ut non juvent triennales, ut patet Regulã intuenti. Itaque tãtum abeſt, ut tẽpus illud triennii, quo cõtinuavit poſſeſſionẽ Canonicatus ſibi datã cũ Eccleſia Parochiali, officere ipſi poſſit, quin illi proſit adverſus quoſcunque: Nam licet ex ſententia quorundã caſus Execrabilitatis non includatur Regulæ de Triẽnali, ita ut cõſtito de ea, poſſeſſio Triẽnalis nõ relevet, cõtra quam tamen ſentit Gomeſ. *ad Reg. de Triennali, qu. 10. verſ.* Præ- 64.
terea non ex eo Regula, ubi in fortioribus terminis reſolvit poſſeſſorẽ duarũ Parochialiũ juvari Regula de Triennali, tamẽ clarũ eſt, & extra omnẽ controverſiã poſitũ, quando Execrabilis habet titulũ licet invalidũ (ut prætenditur in præſenti caſu) vigore cujus poſſedit per trienniũ, is poteſt juvari beneficio dictæ Regulæ: quia ſufficit habuiſſe titulũ ab eo, qui habuit poteſtatẽ conferendi, ut in præſenti caſu. Unde licet aliqua de cauſſa invalidus fuerit, dat tamẽ in dubio colorẽ poſſidẽdi, *iuxta tradita in cap. in noſtris, de conceſſ. præbend.* & ille titulus ſufficit quoad dictã Regulã, & quoad effectũ, ne ſpoliari poſſit. Ita Gom. *add. Reg. verſ. ſecund. eſt caſus*, ubi in verſ. ſeq. *incip. ſed advertendũ*, ſubjicit nullũ præter Ordinariũ ſuperiorẽ poſſe talẽ poſſeſſorẽ cõpellere poſt triennalẽ poſſeſſionẽ ad oſtendendũ titulũ beneficii, vel proviſionis ſuæ, *ut not. DD. in cap. licet Hely. de Simon. & Maſcard. lati* 65.
de Probat. tom. 3. concluſ. 879. Ex his igitur apparet quã debili fundamẽto nitatur dictũ Capitulũ, dũ prætextu non expreſsi veri valoris, aut trennalis poſſeſsionis duorũ incõpatibiliũ, conatur arcere D. Hermãnũ à reſidentia, & fructuum perceptione Canonicatus, & præbendæ

S.Adalberti

S. Adalberti, præſertim cùm nullum habeat contradictorem nec juris, nec facti, habeatque diſpenſationem à S.mo ut reſideat in utraque Eccleſia, cum reſtrictiva de qua ante. Nec eſt quod Capitulum de ſubreptione dictæ diſpenſationis objiciat, tum quia Triennalis eſt, ut dixi, tum quia Capituli non eſt de eo cognoſcere, ut cui nudum dumtaxat inſtallationis miniſterium competat, ut prædixi, illaque ſunt longioris
66. indaginis, tum quia litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam, niſi concurrant aliæ ſimiles litteræ, *Mobed. deciſ.* 13. *ut lite pend.* tum denique quia ſubreptionis non doloſæ, non eſt habenda ratio, qualis hic fuit, Ill.mus *Card. Seraphinus deciſ.* 1009. *num* 6. tum quia illa ſubreptionem imprimere dicuntur, quæ ſi fuiſſent expreſſa, vel non tacita retraxiſſent Principem à gratia cōcedenda, vel ſaltem non ita de facili inclinaſſent illum ad concedendum, *cap. ſuper litteris, cap. poſtulaſti, de Reſcript. Staphil. de litt. grat. tit. de modo, & forma impetrandi,*
67. *verſ. Præterea eſt dare, Ill.mus Seraphinus deciſ.* 653.

Atqui in hoc caſu talis fuit ſuppreſſa qualitas, quæ ſi fuiſſet expreſſa, Papa nihilominus veriſimiliter gratiam conceſſiſſet: quippe quod valor unius beneficii per errorem ſuppreſſi & etiamnum litigioſi, contra hæreticum potentem vix excedat 12. Imperiales, de quo fidem facit idem Dominus Hermannus. Eccleſiæ verò Parochialis eſt etiam exiguus valor, nimirum 40. Imperialium in certis, licet Ampl.mus Senatus jam pridem acceſſionem laudabilem fecerit ex mulctis hæreticorum à S. C. M. Commiſſariis, Paſtoribus deputatis, (& ſic minimè ſufficiens ad congruam vitæ ſuſtentationem Domini Hermanni eximii alioqui Theologi) atque optimè de Eccleſia Aquen. meriti, ut qui totis decem annis in dicto, ſuo Paſtoratu ea in urbe inter hæreticos tumultuantes exiſtens Eccleſiaſticū munus laudabiliter obivit, nulla tamen alia dote inſtructus, quàm dictæ ſuæ exiguæ Parochiæ, ut certè in oculis omnium eſſe, tantum abeſt, ut arceri à reſidentia deberet Canonicatus, cui commodè cum dicta Eccleſia Parochiali deſervire poteſt, quo caſu jura nullam inducunt Incompatibilitatem, *DD. in c. de multa, de Prabend. Collect. in c. unico de rer. permut.*

Quod cùm ita ſit, ſequitur Capitulum S. Adalberti teneri admittere Dominum Hermannum ad reſidentiam, illique de fructibus reſpōdere, quos etiam ei reſtituere tenetur pro tempore, quo eandem reſidentiam illi denegavit, *per not. Ill. Card. Seraphini deciſ.* 1015. *num.* 1.

Verùm

Verùm, prætermiſſa hac, quæ nos aliquantiſper detinuit difficultate, aliam aggredior, quam vidi non ita pridem Leodij agitari, 65
nimirum an detur cumulatio titulorum, videlicet prouiſionis Ordinarij & Precum Primariarum? Nominato enim per Cæſarem dabatur obſtaculum, quòd præbendæ vacatio contigiſſet in menſe Ordinario; quem menſem Precibus non ſubiacere plerique adſtruebant. Itaque Nominatus nouam accipit prouiſionem ab Ordinario, quam inſinuat Capitulo: Quærebatur an poſtpoſitis Precibus Cæſareis, quas antea Capitulo inſinu auerat, poſſet vti collatione ſibi ab Ordinario facta, & Capitulum cogere, vt ſe reciperet? Ratio dubitandi eſt, quòd electa vna via, non liceat redire ad aliam, *cap. vt qui* 66
tuas, de electio. in 6. L. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribut. actio. Nemoque vti poteſt titulo duplicato, *L. cum res, C. de contrah. emptio. cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* Nihilominus tamen præualuit contraria ſententia, ſcilicet licere Præciſtæ, ſi videat Preces ſuas effectum ſortiri non poſſe ob impedimenta iuris, vel facti, recurrere ad prouiſionem Ordinarij: Ratio eſt, quia electa via inutili non tollitur alia vtilis, *L. mater decedens, ibi DD. ff. de Inoff. teſtam. L. Claudius. ff. de acq. hæred. Tiraquel. in L. boues, §. hoc ſermone, nu* 15. 67
& 16. ff. de verb. ſignif. proponenſque actionem ineptam, ſi ab ea repellatur, poteſt proponere aptam, *Tiraquel. ibid. nu.* 16. Quæ etiam opinio geminatis arreſtis ſtabilita eſt ab Ampliſſimo Senatu Pariſienſi, teſte Ægidio le Maiſtre eiuſdem Curiæ Præſide, *in tract. de Regal. cap. 9.* idque authoritate *cap. poſt electionem. verſ. tam ratione primæ quàm ſecundæ conſeſſionis, de conceſſ. præbend. & gloſ. not. in cap. nullius pluribus, de Reg. iur. in 6.* Confert id quod ſcribit Mohedanus *deciſ. 7.* Ratio ſecunda eſt, quòd habens duas gratias, pro beneficio habendo, ſi vtendo ſecunda ſuccumbat, poteſt vti prima, quia iſtæ gratiæ non ſunt contrariæ, licet ſint diuerſæ, & tendentes ad eundem effectum, etiam ſi ſint ſub diuerſis datis, vt reiecta opinione Io. And. ſcribit Fely. *in cap. In noſtra, nu. 2. de Reſcript,* Limita 1. niſi ante ſecundam prouiſionem eſſet alterius quæſitum, *Card. conſ. 33. in fi. Lud. Rom. conſ. 413. Cap. alleg. vlt. in fin.* vbi quærit quomodo poteſt quis petere poſſeſſionem beneficij ex duplici titulo. Limita 2. niſi habens collationem beneficij à ſuperiore, impetret poſtea aliam ab inferiore; poteſt enim ſuperior tunc eum priuare beneficio, quia

eſt quædam ingratitudo, & eluſio erga ſuperiorem, ob quam inducitur cauſſa priuandi eum, *Abb. in cap cum olim*, *col.* 9. *de Re iud.* Limita 3. niſi iſte duplex titulus tenderet ad diuerſos, ſeu contrarios effectus in eadem perſona, *Lud. Rom. conſ.* 350. *incip. caſu propoſitæ*, *Fely. d. cap. In noſtra.*

Verùm quæſtionis eſt, an quia datur iſtis Executoribus facultas
71 conferendi, vt hic, cenſeatur etiam conceſſa poteſtas conferendi beneficia vacantia ex cauſa reſignationis? ſeu an poſsint recipere reſignationem alicuius, volentis in eorum manibus reſignare, vt ea recepta prouideant. Quæſtionem hanc breuiter diſcutit Flam. Pariſ. *lib.* 7. *de reſignat. quæſt.* 22. eamque reſoluit negatiuè, quia neceſſe eſt vt expreſsè committatur receptio Reſignationis, *cap. dudum, in pr. cum ibi notat. de Præbend. in* 6. *Coraſ. de Benef. part.* 1. *cap.* 8. *nu.* 17. Sed quia ſi conferant ante receptas litteras? Collatio erit nulla: quia ſi non habent exercitium poteſtatis ante præſentationem, ergó non valet actus etiam ſi habeat in habitu, *Lud. Rom. conſ.* 354. *Fely. in cap. ſuſcitatus*, *nu.* 13. *de Reſcript.*

Per Censvram Ecclesiasticam) De hac Executorum poteſtate textus eſt notabilis & ibi gloſ. in *cap. cum noſtris*, 6. *de conceſſ. præbend.* Nauar. *in cap. ſi quando in* 7. *cauſſa nullitatis*, *nu.* 2. & 3. Potuerunt itaque excommunicare contradicentes, quod intellige con-
P contradicentes p ſine cauſſa, & de facto: nam tunc poſſunt excommunicari, & eo ipſo cadunt à iure quod in illo beneficio forſan ha-
72 bent, vt ſtatuit Innno. VIII. *in conſt incip. Officii noſtri debitum*, *de data* 1401. 8. *Kalen. Feb.* ſecundum quam Flam. Pariſ. dicit ſe vidiſſe iudicari, *anno* 1590. *de menſe Maii lib.* 8. *de Reſig. benef. quæſt.* 7. *nu.* 169. Aliud portó dicendum eſt de contradicentibus de iure,
q q allegando iuſtam cauſam ſcilicet priorem, aut aliud ſimile, quia
73 iſti non poterunt excommunicari, ſi contradicant, aut non pareant litteris Executoris, *Arg. cap. licet, de Præbend. in* 6. *Fely. in cap. cauſam*
74 *quæ*, *nu.* 10. *de Reſcript. Rebuff. in praxi in tit. de forma nouæ prouiſionis.* Sed an poſsint procedere contra Exemptos? Hanc quæſtionem ex profeſſo tractat Eraſmus à Chokier frater meus in ſuo tract. de Iuriſd. Ord. in Exemptos, *part.* 4. *quæſt.* 64. ad quem breuitatis cauſſa lectorem remitto.

Personis Pretactis) Et ſic nota Preciſtis non obſtare Expectatiuas,

ſtatutas, & alias Nominationes ſeu ſpeciales reformationes, aut mandata de prouidendo ad alia beneficia, quo minus Preces Primariæ ipſis conceſſæ ſuos finem, & effectum conſequantur.

ADDITIONES.

NOn debere admittere exceptiones, quia tales ſunt meri Executores, quibus iubentibus parendum eſt *Lancellott. de attentatis cap. 12. limit 53. nu. 45.* nec cognitoris partes habent, qui ideò in quæſtiones altiorem indaginem requirentes cognitionem ſuam extendere non debent. *Wameſ. conſ. 86. nu. 3.* cuiuſmodi Executores dati in nominationibus factis per Cæſarem non ſolùm ſunt dati ad compellendum, ſed ad prouidendum, vt tradit Puteus deciſ. ſequenti 423. lib. 2. 75 76

Fuit reſolutum in vna Auguſtan. concordiæ executores dati in nominatione facta per Cæſarem Dom. Ioan. directa Capitulo & Decano Auguſtan. in qua hortabatur Capitulum in euentum vacationis beneficiorum, vel beneficij percipieñ, & acceptañ. ſibi conferretur, ac de eo prouideretur, ac in poſſeſſionem immitteretur, & ſubiungebat Imperator, cuius authoritate hæc nominatio ſuum pleniorem aſſequitur effectum, ideò nominabat Executores authoritate Apoſtolica ſibi conceſſa, eiſdem expreſsè mandañ. & eandem nominationem iuxta traditam ſibi ex litteris Apoſtolicis poteſtatem demandañ. & demandari curand. & cum ea litteris Apoſtolicis, quas Papa Imperatori ſuper iſtis nominationibus faciendis indulſit, conceſſa facultas Imperatori deputandi Executores, qui prouideant, fuit dictum quod illi Executores iuxta litterarum Apoſtolicarum tenorem poterant prouidere, dato quod Capitulum & Decanus ſuper prouiſione non poteſt requirere, quod ea forma dictæ nominationis illi Executores non erant dati, tantùm ad compellendum quo caſu procedebat Text. *in cap. 1. de conceſſ. prabend. in 6.* ſed etiam dati ad prouidendum, nec obſtant illa verba poſtea ſequentia, quod, ſi notoriè quod abſit, in parendo huic nominationi rebelles præteritis in cenſuris Eccleſiaſti animaduertant, quia fuit dictum quod illa verba reſpiciebant, quod ſi poſt illam prouiſionem factam per Executores eſſent Capitulares, inobedientes in tradenda poſſeſsione, quod poterant ad id compelli cenſuris Eccleſiaſt. per hoc ergo ſequitur, quod non eſſent tantum Executores ad compellendum, ſed etiam ad prouidendum.

Et poſtquam nominatus à Ceſare adiuit vnum ex Executoribus, denominatus, non poteſt adire alium non data negligentia primi. *Far. part. 1. deciſ. 273. nu. 1.* à cuius decreto, & ſententia non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, quia litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam *Seraph deciſ. 1484. nu. 2. & 4.* 77

b *Propter fulminationem proceſſu*, adde *Wames. conſ. 42. nu 11.* quem pro-
ceſſum dicit neceſſarium ad effectum obtinendi effectum nominationis, &
80 ligandi manus illius, ad quem dicta denominatio dirigitur, *& deciſ. 20. de*
conceſſ. Præbendarum in nou. cui videtur derogatum per clauſulam nonobſtanti-
bus &c. inſimul inſinuatione &c. vt in *Sect. 1. §. 1. ſit. Ex Grat. diſcept. forenſ.*
cap. 478.

Preciſtæ intra menſem à die vacationis beneficiorum acceptent, decre-
c tum cum appoſitione menſis, ita ligat nedum Ordinarios, verum etiam
Nuntios, vt etiamſi acceptans non acceptet infra menſem, facta prouiſio non
81 valeat. *Caſſad. deciſ. 5. de conceſſ. Præbend.* & prouiſio Ordinarij facta infra
menſem datum, & conceſſum expectantibus ad acceptandum etiam illis poſtea
non acceptantibus. *Flamin de reſign. lib. 11. queſt. 7. nu 49.* ex defectu poteſta-
tis, & propter vim clauſulæ decreti irritantis, cuius poteſtas & effectus eſt, vt
omne quod in contrarium fit, ſit illicitum, & nullum. *Wameſ. conſ 256. nu. 13.*
& 14. de præbend's, nec reuiuiſcit lapſo menſe, *item vnic. §. ſecus de conceſſ. præ-*
82 *bend.* ſicut immiſſio facta intra decem dies datos ad appellandum, quamuis
appellatum non fuerit, eiuſmodi immiſſio reuocatur, & non quidem per
viam attentatorum, ſed per viam nullitatis, & ita deciſum 7. Maij 1577. co-
ram R. P. D. Seraphino, teſte *Caſ. de Graſſis. deciſ. 2. nu. 6. de appellat.* quem ſe-
quitur *Far. part. 1. deciſ. 618. v 2.* Niſi executio immiſſionis directa foret cir-
ca beneficij controuerſi poſſeſſionis adeptionem, quæ de nouo veniret con-
cedenda. *Far. part. 2. deciſ. 592. nu. 3. poſt Lancell. de attent. appell. pend part. 2.*
cap. 12. Ampli 1 nu. 14. & ſeqq. Si verò contingat vacare beneficium aliquod
poſt inchoatum menſem v. g. 8. vel 12. die menſis, tot dies ſuppleri debe-
bunt de menſe ſequenti, quot præterierunt de præcedenti, & an dies termi-
ni computetur in termino, ſimiliter menſis acceptationis quot dies contineat,
& quando vacatio dicatur veniſſe ad notitiam, declarat *Put.* per ſuam *deciſ.*
442. lib. 2. hic ſequentem.

Vacauit Canonicatus & Præb. de anno 1539. 5 Octobris per obitum S.
Georgij de Reſtis, qui Georgius die 6. eiuſdem Octobris cum funerali Pompa,
fuit ſepultus, Itaque vacante eo, fuit dicta die in loco Nicolaus Ubati habens
gratiam expectatiuam, ſeu reſeruatoriam in Dioceſi Vercelleñ. & acceptauit
in Jllerden. 7. Nouembris, quod etiam infra menſem, & pro parte eius dice-
batur, quod cùm menſes ad acceptandum darentur à notitia vacationis, &
ita vacatio compluribus debebat eſſe nota, ſed communiter vt dicit *Rom. in*
Clem. 1. § 8. ſicut col. 15. num 35. verſ. conclude de conceſſ. præbend. Quod vacatio
non poterat eſſe nota, niſi à die quo facta fuit ſepulturæ traditio, & ſic ſexta,
quando vacatio omnibus communiter innotuit, & cùm dies termini non
computetur regulariter in termino, ſecundum communem opinionem
Bart. Alexan. & aliorum in l. 1. ff. ſi quis caut. Et quia omnes etiam conueniunt
quod cum idem terminus eſt præfixus per dictionem tunc indubitanter dies
termini non computatur in termino, aduerte quod contrarium dicit *Philipp.*

Franc

Franc. in cap dilecti num. 3. in verſ. menſe de elect. Propter dictionem, à qua ſunt nominati ſeparationem inducit à qua incipit terminus, vt per *Alex. in dict. l. 1.* Cum alijs per *Farnent in reg. de infir. quæſt. 37.* Ergo menſis acceptationis debet incipere à die 7. & cùm menſis mentio non fiat ſimpliciter, ſed incipiat à notitia vacationis, quæ notitia ſit in menſe Octobris, menſis datus ad acceptandum intelligatur ſecundùm qualitatem menſis in quo incipit dilatio, fuit alias dictum quando ſimpliciter & abſolutè de menſe fieret mentio, acciperetur pro 30. diebus per *Gloſſ. in cap. cum ſit in verſ. menſis de elect. lib. 6.* Quem ſequitur *ibi franc. & alij.* Et hoc dicit expreſsè dict. *Gloß.* cùm vult quod menſis currat à die præſentationis factæ, tamen intelligit quod menſis, tot dies habeat, quot habet ille menſis, in quo facta fuit præſentatio, & ibi *Philipp. Prob. & in addit. ad Io. Monachum col. 2. nu. 3. Alex. conſ. 114. nu. 5. vel in l. de diuiſione in primi, ff ſolut matr.* vbi ponit communem deciſionem in, *l. vbi lex. ff de Reg. iu. iur.* ſed aduerte quod tenendo iſtam partem, quæ vera eſt, quod ex quo de menſe Octobris in menſibus eſt 31. dierum, tunc eſt conſiderandum, ex quo menſis incipiat à die 7. Octobris, an fuerint in die 8. Nouembris prout ita dicit *Probus in dict. cap. cum ſit colle 2. nu. 15. & Dpn.* In dicto l. vbi lex ff. de reg. iuris, & ratio eſt, quia tot dies debent ſuppleri de menſe ſequenti quot deerant de illo menſe in quo dilatio incipit, vt dicit *Gloſſ. in cap. cum ſit in verſ. menſem,* & in proprijs terminis dicit *Boniſac. in Clem. 1. §. ſicut coll. 5. num. 55. de conceſſ. prabend* Vnde cùm de menſe Octobris præterijſſent dies ſeptem, & de ſequenti menſe Nouembris tot erunt, ergo ſeptimus dies iam menſis dati ad acceptandum expirauerat.

Debet itaque Preciſta pendente menſis termino acceptare, alioquin dicto terminio effluxo, iuri ſibi per nominationem competenti ex illa vacatione renunciare videretur ob temporis lapſum, quia tacitam inducit renuntiationem. *Tiraquel. de Retraict. lignagier. §. 3. Gloſſ. 4. num. 2 & 3.* Et facultas pro certo tempore conceſſa vltra illud tempus non competit, *l. ſtatu lib. 11. §. Sichum l. tita, cum teſtamen. 34. §. vlt ff delib. cauſ.* Et permiſſum vſque ad certum tempus, poſt illud prohibitũ cenſetur, *l. ſi vnus §. fin l exemplaſ ſin de pact. Mart. Mager de aduocat. armat. cap 16 num 357 & ſeqq.* Illud pariter ſequeretur quod fruſtra eſſet adiectum, certum, & limitatum tempus, cuius adiectio foret illuſoria, inutilis, atque ſuperuacanea, contra. *Gloſſ. gothod. ad l. ſi quando 109. litt. T. de legat. 1.* Vbi inquit ea verborum interpretatio ſumenda eſt, vt nihil fruſtra adiectum videatur.

Niſi de impedimento legitimo doceretur. *Tiraquel. dict. loc. num. 5. & 6. & §. 12. Gloſſ 2. num. 2.* Vbi non currit tempus ei, qui impeditur, per moras & tergiuerſationes aduerſarij. Dixi ex illa vacatione propter clauſulam quam duxerit acceptandam, quæ eſt conſeruatoria Iuris ad aliud beneficium, quod depoſt vacare continget, ſi facultate & Iure ſibi competente vti voluerit.

Vel ſimilis cauſa. Hoc eſt ſi impedimentum aliquod legitimum quod remoueri non poſſit. *Flamin. de reſign. lib. 11. quæſt. 13. num. 126. Seraph. deciſ. 1206.*

S 3 Non

85 Non affectatum *Creſcent. deciſ. 10. num. 2.* Interueniat, quod per allegantem probari debet. *Far. part. 2. deciſ. 156 num. 9.*

86 Debetque contra cauſam impedimenti dantes proteſtari. *Nicol Ant. granat in addit. ad practic. Veſtrij cap vlt. num. 24. & 25* Niſi conſtet de diligentia, & quod impeditus ex parte ſua fecerit, quod potuit. *Creſcent deciſ 5. num. 1. & 2.*

87 *de ex cept.* Vel fuerit notorium. *Matthias de affict. deciſ. 50. num. 5.* Vlterius probari debet impedimentum dediſſe cauſam dilationis, & remoræ, *Far deciſ. 662. num. 8.* Fuiſſeque continuum, idem, *Farinac. part. 1 deciſ 493* attento

88 quod ſimilibus impeditis tantùm temporis reſtitui debet, quantùm per impedimentum ablatum fuerit *Seraph. deciſ. 997. num. 9. Mandoſ. ad Reg. 8. Cancell. quaſt. 6. num. 2* Et ſignanter dum eiuſmodi impedimentum procedit ex facto partis aduerſæ *Seraph. deciſ. 995. num 1.*

e *Intelligitur de primo qui valuit*, acceptatio præbendæ nulla, non impe-

89 dit aliam acceptationem, quia licet quis acceptet primo nulliter; tamen non conſumit electionem. *Achill. de graſſis de conceſſ. prabend. deciſ. 8. num. 3. & 4. Mohedanus deciſ. 7. num. 2. de prabend & deciſ. 14 de conceſſ. prabend.* Prout ſequitur.

Forlinien̄ Canonicatus & præbend. in cauſa inter Franciſcum Tornello ex vna; & Antonium de Elio ex altera: fuit allegatum gratiam expectatiuam Franciſci eſſe conſumptam per ſolam acceptationem abſque prouiſione, & hoc per *Conſ. Oldrad. 229.* Vbi dicit quod ſola acceptatio ſufficit, *Ad l. apud Aufidium ff. de opt. lega.* Ex parte tamen Franciſci fuit dictum eius gratiam non eſſe conſumptam, ſtante alia gratia in fauorem Bernardini, cum decreto ſuſpendente gratias expectatiuas, & omnes acceptationes ſuper hoc 23. Ianuarij 1542. R. P. D. Io. Paulo cauſam proponente, fuit dubium an gratia Bernardini cum ſubſecuta illius acceptatione operetur, quod gratia Franciſci non fuerit conſumpta in Canonicatu Forlinien̄, ſuppoſito quod Franciſcus illam acceptauerit, fuit tentum quod gratia dicti Franciſci per ſolam acceptationem abſque prouiſione fuerit conſumpta iuxta *Conſil Oldradi,* ſed ſtante in medio gratia Bernardini prædicti, quæ fuit magis priuilegiata, & acceptatione Bernardini, cuius gratia tollit gratiam Franciſci, prædictus Franciſcus potuit iterum acceptare, cùm in gratia Bernardini contineretur decretum irritans ad omnes alias gratias, & licet ſola acceptatio conſumat gratiam, eſt verum quando acceptatio eſt valida & poteſt ſortiri ſuum effectum, ita tenet. *Rom. conſil. 329. col. 1.* Maximè quia acceptatio fuit cum proteſtatione ad not. per *Gloſ. in c. cum in multis de reſcript. lib. 6. Domi. conſi. 71. col. 2. Rota deciſ. 142. in antiquis.*

f *Niſi acceptans proteſtetur*, Acceptans Beneficium cum ſolita proteſta-

90 tione, ſi videt quod alius habet melius ius poteſt primum beneficium acceptatum relinquere; & aliud acceptare ſententiâ non expectatâ ſuper primo beneficio, ſecundum *Ioan. Andr. in cap. cum. in multis de reſcript. in 6.* Etſi ſic non ſit ſolitum teneri, vt per *Caſſad. deciſ. 10. de conceſſ. prabend.* Tamen iſtud eſſe ve-

rum

rum concluſit *Rota in vna Vallen. ac Paterna, coram Domino Thoma de Thanis die* 18. *Maij* 1545. Quando notoriè apparet de non iure captandi beneficium primum, & ratio in illo caſu: cùm Remigius acceptaſſet primò vnam Parochialem, Ioann. de Mila, nec verificata narratiua familiaritatis, quia erat in gratia Ioann. cùm regula familiaritatis vitiet gratiam, ſecundum *Gemin. conſ.* 228. Jtem quia gratia Ludouici non prouidebat, ſed mandabat prouideri, & ideo videlicet ex productione talis gratiæ, non expectatâ aliter ſentẽtiâ notoriâ de non Iure Remigij, quoad primum beneficium acceptatum conſtabat, poterat, illud dimittere & acceptare aliud, non expectatâ declaratoriâ, ſecundum *Rotam, deciſ.* 5. *de conceſſ. prabend. in antiquis* Hęc *Puteus deciſ.* 277. *lib.* 2. Iuxta quam conformiter reſoluit, *deciſ.* 207. *dict. lib.* 2.

Quod per aſſecutionem incompatibilis vacet primum, Intellige ſubſecuta, & effectuata, poſſeſſione fructuoſâ non ſterili (quæ ſolet dici de ſolo vento) verum cum effectu perceptionis fructuum argumento. *Leg. bona fidei* 48. *ff. de acquirend. rerum Dominio & Cap. ſi tibi conceſſo de prab. nd. in* 6. Vſque adeò, vt non ſufficiat aliqualis fructuum perceptio, ſi non ſit de maiore, vel potiore parte *Wameſ. conſ.* 234. *num.* 2. Quia modica perceptio fructuum non conſtituit in poſſeſſione, *Caſ. de graſſis deciſ.* 21. *num.* 9. prout. reſoluit Rota in vna Placentina coram D. per *Gartiam in ſuo tract. de beneficijs part,* 11. *cap.* 5. Seraph. relata *num.* 136. Quæ ſequitur. § 91.

Domini ſine difficultate cenſuerunt eſſe procedendum ad vlteriorem executionem ſententiæ latæ in Rota, nam de eius iuſtitia conſtat, etenim ad effectum vt per aſſecutionem vnius incompatibilis vacet primum, requiritur perceptio fructuum ex æquitate, *cap. ſi tibi conceſſo. de præbend. in* 6. *& ibi per D D.* Nè interim Beneficiatus cogatur mendicare, vt bene declarat additio ad deciſionem: *Rota* 3. *de prabend. in nouis,* Quæ requirit, vt concurrat adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, vel maioris partis ipſorum, & faciunt notata per *Vital in dict. Clement. gratia num.* 52. *de reſcrip.* Maximè attentâ qualitate huius Canonicatus de vẽto, qui nullos habet fructus, niſi ſecutâ diſmẽbratione factâ vigore Bullæ Adriani, & ſic verſamur in proprijs terminis. *cap. ſi tibi.* quod loquitur, quãdo fructus erant alteri reſeruati ad certũ tẽpus, nec ſtallũ in Choro, & vox in Capitulo habetur pro fructu ad hunc effectum, cum ex his nemo ſe ſuſtentare valeat, nec obſtat quod aſſecuta poſſeſsione vacet primum, nec poſſit dimitti ſecundum ex notat. per *Gemini & Francum in dicto cap ſi tibi.* Quia hoc non ſuffragatur Franciſco, ex quo ante aſſecutionem fructuum fuerit mota lis quæ impediat vacationem primi. *Clem. ſi plures de prabend.* Vltra quod ex fide data apparet ſtatum in ipſamet prouiſione, & illius poſſeſsione fuiſſe motam litem, quæ excludit vacationem ob aſſecutionem iuxta *Gloſſ. in cap. commiſſa cum ibi not. de electione in* 6. Idem fuit reſolutum in alia Placentina Canonicatus 26. Febr. 1599. coram. D. Orano.

Dummodo tamen per ipſum non ſteterit quominus plenam poſſeſsionem cum perceptione fructuum conſecutus fuerit. *V. Vameſ. dict. conſ.* 234. *num.* 9. iuxta axioma commune.

Quod

Quod nolui potui, quod volui adimplere, nequiui. *Cap. cum ſuper 23. §. de officio & poteſtate Iudicis delegati.*

Incompatibilitas ex qua eliciatur renuntiatio primæ. Niſi interue-
h niat diſpenſatio, quæ ſolet concedi cum clauſula, dummodo neutra
92 Eccleſia ad congruam Oratoris ſuſtentationem ſufficiat, & ita ſint ſibi vicinæ, vt Orator vtrique commodè per ſeipſum deſeruire valeat.

Si cum Eccleſia Parochiali, & cum decreto quod dictus Orator quamdiu Parochialem Eccleſiam prætactam obtinuerit, apud illam reſidere, nec quicquam ex debito illius ſeruitio, & officio relinquere debeat, & ijs diebus quibus dictæ Eccleſiæ Collegiatæ ratione Canonicatus & Præbendæ non inſeruierit, diſtributiones quotidianas amittat, vt notaui, *ad Reg. 8. Cancell. Gloſſ. 7. num. 19.*
i *Rota deciſ.* 219. Quæ eſt 7. de conceſſ. præbend. in nouis.
3 Licet impetrans gratiam expectatiuam, acceptet beneficium vacans per obitum R. quod tamen vacauit per obitum B. nihilominus valet acceptatio, licet non valeret prouiſio, ſecundùm aliquos. Ratio quia potius debemus hic vacationem conſiderare, quàm, vacationis modum: præſertim ſi acceptauit Beneficium in certo loco conſtitutum, puta Eccleſiam Parochialem talis villæ, vel Præbendam talem, vel ſic nominatam, tunc enim per has qualitates & circumſtantias conſtat de corpore beneficij acceptati, licet ſit erratum in perſona, conſtat etiam quod beneficium, tunc vacans in tali loco ſiue Eccleſia voluit acceptare, & ibi pro tunc nullum aliud vacauit. *arg. l. certum ff. ſi cer. pe. de teſti cap. licet ex quadam,* faciunt, *nota per Io. Imo. in cap. ſi tibi abſenti de præbend. lib. 6.* Pro quo etiam facit c. tua de ſponſa. Et not. per Inno. in cap. ſignificante de reſcript. nec obſt. cap. ſuſceptum de reſcript. lib. 6. quod non habet locum in acceptatione, quæ eſt quædam declaratio voluntatis, & tendit ad executionem gratiæ, & ideò non mirum ſi erretur in modo vacationis, quod non impediatur acceptatio dummodò ſequatur poſtea vera, & effectualis prouiſio, quæ dat ius in re *de conceſſ. præbend. capit. ſin lib.*
k *6.* Error in nomine, cognomine, agnomine non vitiat, ſi conſtet de corpo-
94 re, *l. ſi in nomine . C. de teſtamen. & ibi DD.*

A quocumque etiam laico, laicus poteſt eſſe procurator non tantum ad agendum, defendendum, permutandum, & Beneficia acceptandum ſed etiam ad capiendam poſſeſſionem. *Wameſ. conſ. 248. num. 11. de præbend. deciſ. 8. num. 5. de procurat. in antiquis Flamin. de reſignationibus lib. 9. queſt. 3 num. 19. & lib. 10. quæſt. 6. num. 14.* Et ita in Tractatu meo de permutat. benef. part. 3. cap. 27. num. 3. 4. Quia talis procurator non deducit actum de non eſſe ad eſſe, ſed Prælatus conferens beneficium. *Ioann. de Vanquel. in cap. 1. concluſ. 1. de procurat. in 6.* Huiuſmodi enim acceptatio cum res ſpiritualis non ſit, æquè exerceri poteſt per laicum, quam per Clericum, prout cognitio Iudicij poſſeſſorij ſuper Beneficio Eccleſiaſtico ſpectare poteſt ad Iudicē laicum, ad quē alioqui de ſpiritualibus cauſis nulla pertinere poteſt Iuriſdictio. *Wameſ. conſ. 247. num. 29. de præbend. Guid. Papæ quæſt. 85. num. 1* diſtinguit *Corarr pract. quæſt. queſt 35. num. 1.*

Quæ

Quæ vacant per reſignationem, attento quod in precibus Cæſaris ex- 1
cipiantur beneficia reſervata, quæ continentur in extravag. ad regimen de præb.
in qua inter alia reſervantur beneficia illa, quæ vacant apud S. Sedem ut reſolvit
Rota 14. Maii 1627. coram R. P. D. Ubaldo in una Colonień. Canonicatus
Sanctæ Urſulæ terminis ſequentibus.

Fuerunt in hac cauſa factæ duæ deciſiones ad favorem D. Georgii Pauli Stravii, quod ei ſit concedenda immiſſio vigore ſubrogationis gratioſæ, & cum fuerit inſtitum pro cauſæ expeditione, Domini in relationibus cauſarum dandam eſſe cenſuerunt, nec obſtare quod de novo apponebatur quod Alexander eſſet proviſus vigore precum Imperialium, quæ preces capiant etiam beneficia vacantia ex cauſa reſignationis, quia cum in dictis precibus excipiantur beneficia reſervata, quæ continentur in extravag. ad regimen de præbend. in qua extravaganti inter alia beneficia reſervantur illa quæ vacãt apud S. Sedẽ, ſequitur quod Canonicatus de quo agitur non dicatur comprehenſus ſub dictis precibus ſtante reſignatione facti in manibus Papæ, per quam dicitur vacare apud Sedem, & intrat etiam reſervatio, *Cap. 2. de præbend. in 6.* in quo reſervantur beneficia apud Sedem vacantia, *Gloſſ. in clem. 1. in verbo mori. ut lit. pend. Rota deciſ. 1. num. 5. verſ. ratio de rer. permut. in nov. Pariſ. de reſignat. lib. 9. q. 14. num. 1. Simonett. de reſervat. q* 28. *num.* 1. & fuit tentùm in Cæſarauguſtana Parochialis de Soffrenda 13. Novemb. 1620. coram R. P. D. meo Pirovano.

Nec obſtat Deciſio Cordubeń Capellaniæ 25. Octobris 1596. coram Corduba: quia loquitur quando beneficium dimittitur propter Decretum de dimittendo, tunc enim ſi dimittatur in partibus, & licet ſit reſervatum, in Curia vacare dicatur, non tamen dicitur vacare apud Sedem per reſignationem factam in manibus Papæ juxta ſuperiùs allegata.

Pariter Domini dixerunt nonobſtare quod Alexander ſit proviſus ab Ordinario vigore Precum Imperialium, & ſit in poſſeſſione, & ideò videatur legitimus contradictor, ut colligitur in *Cap. ſi à Sede de Prebend. in 6.* quia hoc benè procedit ad effectum quod audiatur in hoc judicio poſſeſſorio, non autem ad impediendam executionem cum ſtante notoria reſervatione ut ſuprà non poſſit ex ſuo titulo obtinere immiſſionem, & ideò eſſet inconveniens ut ipſe poſſet proviſo Apoſtolico hanc immiſſionem impedire, quam ipſe in concurſu cum proviſo Apoſtolico obtinere non poteſt, *Verall. deciſ. 49. lib. 2. Rot. deciſ. 711. nu. 2. p. 1. in recent.* & fuit tantum in Caſtelaneń. Canonicatus 4. Julii 1625 coram bon. mem. Buretto, ubi aliæ ſimiles deciſiones allegantur, & ita fuit deciſum.

Erit ſimiliter patronus illarum, Congregatio Concilii Trident cenſuit 1
quod Eccleſia Matrix, ſive Parochialis non acquirit Juſpatronatus in Eccleſia 95
fundata juxta ſuos limites, niſi de ſuo aliquid contulerit, nec obſtat ſi diceretur,
quod oblationes futuræ ſint loco dotis, quia ad hoc ut acquiratur Juſpatrona-

tus, requiritur, quod dotis aſſignatio fiat, tempore fundationis, & non poſt, etiam limitatur quia Eccleſia ex neceſſitate populi conſtituitur, ut in *cap. ad audientiam*, quo caſu erunt loco dotis & ſic dotans & Rector Eccleſiæ Matricis erunt ambo Patroni, ut in dict. *cap. ad audientiam*, vide declarat. Cardinalium Sacri Concilii Trident. ſeſſ. 21. cap. 3. pag. 220. & 221. in fine, in impreſſione Antuerpień. anno 1633.

Et Pium II. ex cujus Conſtitutionis tenore deſumitur clauſula ſubſequēs.

Volumus inſuper quod nulli Canonicatus, præbendæ, dignitates, per-
96 ſonatus, officia aut beneficia Eccleſiaſtica Civitatis & Diœceſis prædictarum cujuſcumque qualitatis fuerint. (quæ ſaltem duas marchas argenti, ſecundum communem exiſtimationem non valeant annuatim) ſub gratiis quibuſvis expectativisquibuſcumque perſonis per ſedem prædictam, vel ejus legatos, ſub quavis verborum forma pro tempore conceſſis, quomodolibet comprehendantur, nec poſſint prætextu gratiarum hujuſmodi acceptationes, & proviſiones per quemcumque fieri de eiſdem, ſed Ordinarii, ſeu illi ad quos illorum ſpectat collatio, proviſio, ſeu quævis alia diſpoſitio, liberè de illis diſponere valeant etiam in quocumque menſe vacaverint, decernentes quod præſentibus noſtris litteris conceſſioni, ſtatuto, ordinationi, voluntati, decreto & litteris per quaſcumque alias conſtitutiones, Regulas Cancellariæ, aut littetas Apoſtolicas quorumcumque tenorum, & quaſcumque in ſe derogatorias clauſulas continentes etiam eiſdem præſentibus, cùm illarum de verbo ad verbum inſertione ſpecificè, & expreſsè derogantes non derogetur, nec quomodolibet derogatum cenſeatur, niſi tunc demum cùm Romanus Pontifex per trinas litteras præſentium ſeriem continentes eiſdem Collatoribus ſignificandum duxerit ſuæ mentis eſſe pro ea vice dumtaxat conceſſioni, ſtatuto, ordinationi, hujuſmodi derogare, necnon ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, nonobſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, atque noſtris etiam ſi de illis de verbo ad verbum mentio fienda eſſet, cæteriſque contrariis quibuſcumque, nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum conceſſionis, ſtatuti, ordinationis, ratificationis, revalidationis, approbationis, decreti extinctionis, impoſitionis, intentionis, conſtitutionis & voluntatis infringere, vel anſu temerario contrarie, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationew omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurium. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem anno Incarnatio-
97 nis Dominicæ 1458. decimo-tertio Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno primo, quam Carolus V. confirmavit per ſuam conſtitutionem de data 27. menſis Julii anno 1521. ut ex clauſula ſequente.

Et ſpecialiter privilegia alternativæ collationis beneficiorum quorumlibet

in

in ordinariis etiam minutorum, & taxam duarum marcharum argenti puri non excedentium, in Apoſtolicis menſibus vacantium à Sanctiſſimis quondam Eugenio, Pio, Sixto, & aliis Romanis Pontificibus præfatæ Eccleſiæ Leodienſi rationabiliter conceſſa & confirmata, mandatumque pœnale prædictorum privilegiorum ac Germanicæ nationis pactorum manutenentia, ac conſervatione à dicto quondam Avo, & anteceſſore noſtro emanatum, ratas, & gratas, rataque & grata habentes, firmaque, & illibata permanere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, & auctoritate noſtra Romana Cæſarea, ac de ejus plenitudine poteſtatis, aliiſque omnibus viis & modis, quibus efficacius poſſumus, confirmavimus, laudavimus, & approbavimus & renovavimus, ac de novo quatenus opus eſt conceſſimus, dedimus, indulſimus, reſtituimus & reintegravimus, prout etiam tenore præſentium confirmamus, laudamus, approbamus, atque de novo concedimus renovamus, damus, indulgemus, reſtituimus ac reintegramus, nec non omnibus & ſingulis in eiſdem privilegiis, & eorumdem tenoribus conceſſis, perpetuam Imperialis roboris firmitatem, adjicimus, motu, ſcientia, auctoritate & poteſtate, quibus ſupra, omnem defectum tam Juris, quam facti ſi forſitan interveniſſet, ſupplentes, præfatamque Eccleſiam, & illius membra atque ſuppoſita tam in dictis Eugenii, Pii, & Sixti, quam aliorum Romanorum Pontificum privilegiis comprehenſa, & eorumdem beneficio perpetuo gaudere, inque eorum uſu, & poſſeſſione illæſa conſervari & manuteneri, & eorum vigore in menſibus ordinariis, ſeu Apoſtolicis de beneficiis proviſis pro legitimis poſſeſſoribus recognoſci, eiſque de fructibus, & proventibus univerſis beneficiorum hujuſmodi reſponderi, proviſionibus, gratiis, reſervationibus, nominationibus, & nominandi facultatibus quibuſcumque Collegiis univerſitatibus, aut perſonis ad noſtri ipſius inſtantiam quomodolibet factis aut conceſſis, etiam per placitum noſtrum approbatis & receptis, aliiſque in contrarium facientibus, nonobſtantibus quibuſcumque, prout illas in præjudicium Eccleſiæ, & privilegiorum antedictorum nullatenus obſtare. &c.

Marcha valet ducatos ſex, nota duas argenti marchas, attento quòd in conſtitutione PII II. non enuntientur argenti puri conficere decem ducatos de camera, ut opinatur *Wameſ. conſ. 239. num. 5. de præbend.* ſcribens ad privilegium per prædictum Pium Papam II. Epiſcopo Leodien. aliiſque Civitatis & Diœceſis Leodienſis Prælatis & quibuſcumque aliis Ordinariis quorumcumque beneficiorum collatoribus conceſſum. n 98

Marcha apud peritos linguæ latinæ non invenitur, & aliter capitur de Jure, aliter ſecundum conſuetudinem particularium Provinciarum, & locorum, de quibus bene *Lud. Gomeſ. ad reg. Cancellariæ, de valore exprimend. quæſt. 9.* de qua Marcha meminit Lucius III. Papa in cap. *ſignificavit 13.* & de Marcha argenti agit Innoc. III. in cap. quanto Creatori 16. X. de ſenſibus, & Alexander *in cap. cum pridem 4. de pactis.*

o *Quæ plus facti quam Iuris*, adde *Mobed. deciſ. 20. de reſtit ſpoliat.* quæ
poſſeſſio ſine titulo vera eſſe poteſt, quamvis non juſta *Put. lib. 2. deciſ. 229. nu. 3.*
99 quia nihil habet cõmune cum proprietate *idem lib. 1. deciſ. 171. n. 3.* unde poſſeſſor
non tenetur docere de titulo ſuæ poſſeſſionis, *Guido Papæ quæſt. 629. num. 21.* niſi
notoriè conſtet de nullitate tituli, *Aloyſius Riccius variarum reſolut. 305. num. 3. verſ.*
quarta concluſio, ſed ſufficit coloratus *Oliverius Beltraminus ad deciſ. Alexandri Lu-*
100 *doviſii deciſ. 499. num. 11.* quem coloratum titulum habet Preciſta, ut dictum eſt
num. 60. verum quando Epiſcopus ex officio inquirit, & viſitat, debet poſſeſ-
101 ſor docere de titulo ſuo, quem ſi viderit inutilem, vel poſſeſſorem nullum habere
titulum, ipſe conferre poterit, *Rebuff. in praxi benef. tit. de reſcrip. ad benef. nu. 19.*
20. & 21.

Sine cauſa & de facto. Executoris poteſtas verſatur circà contradictores
p tantùm de facto, non autem de Iure *Seraph. deciſ. 1045. num. 3. & deciſ. 1056. n. 4.*
102 & poterit talis executor contra intruſum de facto contradicentem procedere
ſpreta ejus appellatione, nam ab Executore gratiæ non excedente terminos com-
miſſionis non datur appellatio ſaltem quoad effectum ſuſpenſivum *Aloyſius Ric-*
cius variar. reſolut. reſolut. 297. num. 2. quia regulariter ab executore non poteſt
103 appellari niſi modum excedat, quem excedere non præſumitur, niſi doceatur.
Rot. deciſ. 45. de appellat. in novis, nota interim executivè procedi non poteſt alio
exiſtente contradictore legitimo in poſſeſſione, qui conſimilem reproducit titu-
lum *Far. part. 1. deciſ. 711. num. 1. & 2 & dec. 542. num. 7. p. 2. in poſth. & dec.*
366. p. 1. ibidem.

q *Allegando iuſtam cauſam ſcilicet priorem.* Executor admittere debet
exceptiones quæ deducuntur ante collationem, *Seraph. deciſ. 85. num. 1.* vide
104 commentaria mea ad *reg. Cancellariæ 67. de clauſula ſi ita eſt num. 7.* dummodo
non conſtet clarè & notoriè de non Iure *Rot. deciſ. 2. num. 1. circa finem de re-*
ſtit. ſpoliat. quem ſequitur. *Vincent. Caroc. de excep.* adverſus prejud. ſentent &
105 damnoſ. execut. exceptione 125. num. 70., quibus accedit quod tenuta ſive
poſſeſſio quæ fuit nulliter data, poteſt confirmari quando conſtat, quod ſi non
eſſet data, de novo eſſet danda, & non venit hoc caſu revocanda. *Lancelot. de*
attentat. part. 3. cap. 29. num. 67. poſt *Alex. in conſ. 67. lib. 6.* & latiſſimè de ma-
teria hujus tenutæ per *Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 34. ex actis per totam.*

r *Non obſtare expectativas.* intellige merè expectativas dum Papa non
106 providit, nec contulit, ſed mandat per Executores adveniente vacatione provi-
deri, de quibus *Garcias de benef. part. 6. cap. 1. num. 1. & vide quæ ſcripſi ad reg.*
Cancell. 10. de revocat. expect. num. 18. & 20. quæ regula non comprehendit Co-
adjutorias cum futura ſucceſſione à S. Sede expeditas, quia Papa præſervat à ſe
proviſos *Far. par. 2. deciſ. 484. num. 2.* & conſiderata clauſula ex nunc adver-
bium temporis, quod præſens tempus denotat, cujus energia eſt, ut collatio de
præſen-

præſenti cenſeatur effectuata, proinde talis Coadjutor dicitur fuiſſe Canonicus ab ipſo die conceſſionis Coadjutoriæ, eique titulus verè, & non fictè dicitur collatus, & jus in beneficio quæſitum à die Coadjutoriæ. *Far. part. 1. deciſ. 456 n. 11. & 12.* quibus non obſtare poſſunt concordata Germaniæ ubi vigent, poſtquam Ordinarii conſenſus advenit, neque dici poſſunt odioſæ, quaſi inducentes votum captandæ mortis, poſtquam Coadjuti intervenit conſenſus, quo prævio & mediante tales Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione dicuntur habere vim reſignationis, & eſſe favorabiles, prout bene concludit *Mandoſ. ad reg. Cancell. 11. de reſervat. quæſt. 6. num. 2.* & ratione compoſitionis ſolutæ, quæ in expeditione gratiæ pendi ſolet, videntur ſapere, & quaſi habere vim contractus, *Caſſad. deciſ. unic. nu. 4. circa medium de pactis*, & adveniente ceſſu, vel deceſſu Coadjuti, nulla requiritur collatio, ſeu alia quævis proviſio præter poſſeſſionem, quæ in nudo Decani & Capituli, vel alterius facti miniſterio conſiſtit, qui Coadjutores ea ſolum facere poſſunt, quæ illis ex Papæ conceſſione permittuntur, *Navar. dec. 1. in fin. de Cleri ægrot. vel debilit.* attento quod diſpoſitio beneficiorum ſit Juris poſitivi, *Burſ. conſ. 126. num. 34. Gigas de penſ. quæſt. 35. Reg. cùm ampliatio*, de quibus beneficiis Papa uti Dominus in ſpiritualibus pro ſuo libitu diſponere poteſt, *Mandoſ. ad dict. Reg. 11. quæſt. 6. num. 1.* Cujus poteſtatem in controverſiam velle trahere, foret diſputare contra claves Petri, ac ſacrilegium & hæreticum, Burſatus Conſilio 178. num. 45.

Et quamvis expectativæ videantur requirere acceptationem intra Menſem, & proceſſum Executoris, aliàs nullum jus tribuere nec in re, nec ad rem; in his tamen Coadjutoriis cum futurâ ſucceſſione propter clauſulam ex nunc, prout ex tunc confertur beneficium, & cenſetur jus quæſitum, nec requiritur Proceſſus Executoris, nec alia Collatio. *Seraphin. deciſ. 761. num. 7. & 8.* facitque ut non detur vacatio, *idem Seraphin. deciſ. 1148. num. 2.* ſed ſolum operatur, ut adveniente vacatione per ceſſum vel deceſſum non poſſit alteri conferri, & ità reſolvit *Rota in uno Canonicatus Leodien.* 28. *Iulii* 1602. uti refert *idem Seraphin. deciſ.* 1447. plura vide ſuprà Sect. 2. Littera T.

SUMMA-

SUMMARIUM SECTIONIS V. §. 1.

1. *Vis & energia clauſulæ nonobſtan.*
2. *Per clauſulam generalem nonobſtan. non cenſetur derogatum Regulis Cancell.*
3. *Papa per generalia verba non tollit ſpecialia Iura.*
4. *Papa concedit hanc nominandi facultatem ob bene merita in Eccleſiam.*
5. *Gratia expectativa iam abrogata.*
6. *Preces Cæſaris non comprehenduntur ſub Concil. Trident.*
7. *De inſinuatione nominationis.*
8. *Preces favorabiliores nominationibus Vniverſitatum.*
9. *In Gallia abrogata expectativa in forma pauperum imo ubique.*
10. *Per clauſulam generalem non cenſetur derogatum Reg. Cancell.*
11. *Clauſula nonobſtan. ſtatutis &c. quid operetur.*
12. *Clauſula nonobſtan. &c. non derogat ordinationi fundatoris.*
13. *Non derogat conſuetudini optandi niſi expreſſa intercesſerit derogatio.*
14. *Neque derogatur ſtatuto ſingularum perſonarum.*
15. *Clauſula generalis non tollit ſtatuta iurata.*
16. *Nullus præter Papam aut alium Principem non recognoſcentem ſuperiorem uti poteſt clauſula nonobſtan.*
17. *Clauſula generalis non tollit diſpoſitiones per Principem confirmatas.*
18. *Statuta pœnalia non ſunt per hoc Indultum abrogata.*
19. *Clauſula contrariis quibuſcumque.*
20. *Clauſula quibuſcumque.*
21. *Nominationes univerſitatum non impediunt effectum precum.*
22. *De vi & energia clauſularum derogatoriarum derogatoriis.*
23. *Vincula duo fortiora ſunt uno.*
24. *Diſcrimen clauſulæ motus proprii à certa ſcientia.*
25. *Alia derogatio huius Indulti.*

26. *Mandata de providendo hodie ſublata.*
27. *Clauſula anteferri.*
28. *Cluſula non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum &c.*
29. Clauſula *mentio ſpecialis*
30. Clauſula *nonobſtantibus non inducit diſpenſationem.*
31. *Diſpenſatio non extenditur de caſu ad caſum.*
32. *Si duplex extiterit impedimentum, & ſimplex tantum narratum fuerit, ſuper utroque diſpenſatum non præſumitur.*
33. *Secus in connexis & inſeparabilibus.*
34. *Diſpenſatus in uno ad conſecutiva eius diſpenſatus etiam cenſetur.*
35. *Diſpenſatus ad duo incompatibilia non intelligitur diſpenſatus in eadem Eccleſia.*
36. *Regulis* Cancellariæ *ſpecificè derogandum eſt.*
37. *Forma certa quando requiritur in revocatione privilegii non cenſetur ei derogatum, niſi forma fuerit ſervata.*
38. *Clauſula privilegii ſocietati Jeſu per Greg.* XIII. *conceſſi.*
39. *Gratia conceſſa in remunerationem tranſit in vim contractus.*
40. *Juramentum de ſervando ſtatuta Eccleſiæ, non extenditur ad ſtatuta non recepta.*
41. *Juramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
42. *Clauſula ex certa ſcientia nihil operatur quoad ea quæ ſunt facti.*
43. *Clauſula motu proprio non procedit in præiudicium tertii, nec tollit qualitates intrinſecas.*
44. *Recenſetur praxis* Romanæ *Curiæ circa diſpenſationem ſuper defectu corporis, quando diſpenſandus reperitur in Curia.*
45. *Si diſpenſandus non reperiatur in Curia Papa committit Epiſcopo loci.*

Sectio

Sectio V.

De Clauſulis Nonobſtantiarum.

§. Primus.

NON obſtantibus[a] noſtris de non utendo gratia[b] expectativa, ac reſervatione[c] ſpeciali, vel duabus[d] gratiis in ſimul, ac de inſinuatione,[e] publicatione, & diligentiis per acceptantes deſuper faciendis, ac in favorem ordinariorum Collatorum, nec[f] non expectativas in forma pauperum habentium, ac Illuſtrium &[g] Graduatorum, ac Sedis Apoſtolicæ prætactæ Officialium, ac certas inibi expreſſas gratias habentium, nec non quibuſcunque in Cancellaria Apoſtolica, quandocunque publicatis[h] & publicandis, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non aliis Eccleſiarum, (in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint) ſtatutis[k] & conſuetudinibus illis, præſertim quibus in Eccleſiis in quibus maiores, & minores huiuſmodi præbendæ fuerint, caveri dicitur, quòd nullus inibi maiorem præbendam aſſequi poſſit, & valeat, niſi illa de minori gradatim, & per optionem aſcendant, [m] Juramento Confirmatione Apoſtolica, vel quavis[o] firmitate alia roboratis, [p] contrariis [q] quibuſcunq;. Aut ſi aliquibus ſuper proviſione ſibi facienda de huiuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, aut Legatorum eius litteræ (etiam noſtro vel eas concedentium proprio motu) aut cuiuſvis etiam quocunque reſpectu, & ad cuiuſcunque inſtantiam ſint conceſſæ, vel concedantur in poſterum, aut ſi ſpeciales de huiuſmodi beneficiis per nos, vel ſedem prætactam, aut quæcunque alia, aut quamcunque nominandi & reſervandi facultatem quibuſvis quacunque[r] etiam Eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per Sedem prædictam conceſſarum, vel concedendarum, vigore reſervationum, vel earundem facultatum obtentæ ad huiuſmodi beneficia quarumcumq; perſonarum Nominationes pro tempore factæ fuerint quas quidem litteras (etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem vel decretum, ſeu aliàs quomodolibet proceſſum fuerit:) nec non reſervationes, facultates & nominationes, cum[t] quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, quæ præſentium effectum ſuſpendere, impedire vel perimere, aut aliàs iiſdem præſentibus quomodolibet obſiſtere viderentur, ſive ex certa[u] ſcientia noſtra, vel ſimili motu, ſive aliàs ſub quibuſvis forma & expreſſione verborum, & quæ fortaſſis[x] tota-

lis

lis ſui tenoris inſertionem, ac illorum quibus conceſſæ ſunt, vel fuerint, nominum, & cognominum individualem expreſſionem præſentibus faciendam, ad hoc ut illis per eaſdem præſentes ſufficienter derogetur, exigunt vel requirunt, & quæ ipſis præſentibus, perinde ac ſi eorum tenor de verbo ad verbum inſertus foret, pro expreſſis habeantur, emanarunt, & mandata y de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea pro tempore habitis (niſi illi pro quibus emanaverint, ut præfertur, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium numero fuerint:) ad Beneficia quæ Precum & Nominationum Primariarum vigore per perſonas ipſas pro quibus illa facta fuerint acceptata, & de quibus eis provideri contigerit, minimè extendi, quin imò in ipſorum executione perſonas ipſas omnibus & quibuſcunque earum litterarum, & expectativarum ac reſervationum huiuſmodi vigore, & cum quibuſvis antelationibus prærogativis, etiam illis quas certis noſtris familiaribus continuis Commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica, ac aliis noſtris litteris ad effectum, & aliis in aſſecutione beneficiorum conferendis, nominatim deſcriptis, conceſſimus, & cum ſimilibus derogatoriis Clauſulis, quæ nulli quo minus præſentium ſuccedant effectus ſuffragari debeant expectantibus, etiamſi illarum obtentu in quibuſvis Eccleſiis in Canonicos recepti, ac de numero ipſorum familiarium continuorum Commenſalium antiquorum fuerint, nec non gratias in communi forma pauperum habentibus ac Officialibus & Ill.bus ac alias quaſcunque facultates habentibus & noſtris familiaribus continuis Commenſalibus antiquis, & deſcriptis, & in poſterum deſcribendis, dictis Cardinalibus dumtaxat exceptis z anteferri voluimus, ſed nullum per hoc expectantibus ipſis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, ſeu ſi dictis Collatoribus, ſeu Collatricibus, vel quibuſvis aliis communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quoad receptionem vel proviſionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de huiuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem coniunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri, per litteras Apoſtolicas non aa facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionẽ, & qualib alia dicta Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcumque tenoris

 exiſtat

exiſtat, perquam præſentibus non expreſſum, vel totaliter non inſertum effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel [bb] *differri, & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit, in noſtris litteris mentio* [cc] *ſpecialis, aut ſi perſonæ prædictæ præſentes non fuerint ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus huiuſmodi beneficia fuerint, ut præfertur, ſolita iuramenta, dummodo in abſentia ſua per Procuratores idoneos, & cùm ad Eccleſias ipſas acceſſerint, corporaliter illa præſtent.*

SCHOLIA IN § I. SECTIONIS V.

1 NON OBSTANTIBUS NOSTRIS) Idcircò adjiciuntur hæ clauſulæ derogatoriæ, quod in conceſſionibus Juri ſcripto, vel cõſuetudinario contrariis opus ſit clauſula derogatoria, alioquin non ex juſta cauſa, ſed ad importunitatẽ partium conceſſæ præſumerẽtur,
a *cap.* 1. *de conſtit.* Hinc fit ut hæc clauſula generalis [a] *Non obſtantibus* &c. requiratur in privilegiis, & reſcriptis contra utilitatem publicam conceſſis, aliàs non valerent, *Milis in repertorio, verbo clauſula generalis &c.* ut latius hoc deducit Eraſmus à Chokier frater meus *in ſuo tract. de Jurisdict. ord. in exemptos part.* 1. *quæſt.* 11. Sed & alius effectus iſtarum clauſularum eſt, ut per eas cenſeantur ſublata, vel ſaltem dilata ſtatuta contraria Eccleſiarum, ut puta actu ſacerdotium requirentia, vel aliud ſimile, ita quod expectans, vel aliàs impetrans Apoſtolicus poteſt hujuſmodi beneficia acceptare, licèt non ſit in ſa-
b cerdotio conſtitutus, dummodo [b] ſit in ea ætate, ut intra annum promoveri poſſit in ſacerdotem, *Staphil. de litt. grat. tit. de vi & effectu*
2 *claus. tit. de clauſulis non obſtant.* Nihilominus per ſolam clauſulam generalem non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apo-
c ſtolicis, [c] non cenſetur derogatum Regulis Cancellariæ, uti nec privilegiis Juri communi inſertis, niſi de illis ſpecialiter fiat mentio, *Io. Guiterrez in Repet. l. Nemo poteſt, num.* 174. & 178. *Anaſt. Germ. tract. de Indult. Cardinal. §. ac irritum, num.* 9. & *ſeqq.* Hinc providè etiam in his Clauſulis nonobſtantiarum derogatum eſt Regulis in Cancellaria Apoſtolica publicatis, & publicandis. Sed an per hanc derogationem cenſeatur derogatum Regulis, quæ ſunt ubiq; in celebri apud omnes obſervantia, nimirum de Annali, Triennali, de publicandis, de veriſimili notitia, de ſurrogandis, de infirmis, & ſimilibus,

bus, quæ Judiciales ſunt? Vide Gomeſium *in quæſt. 6. proœmii*, ubi
tandem reſoluit de ſtilo Cancell. ſervari, quod per prædictam clau-
ſulam nunquam cenſentur ſublatæ dictæ notabiles Regulæ Judicia-
les, non factâ mentione expreſſa in individuo de dictis Regulis, niſi
tamen in ſupplicatione ſeu Regula poneretur Clauſula generalis,
d QUORUM TENORES HABEANTUR PRO EXPRESSIS, nam tali ca- d
ſu dictæ Regulæ comprehenderentur, & illis derogatum cenſere-
tur, ut variis Rotæ deciſ. probat Gomeſ. *dicta quæſt. 6.* Verùm
juſtius dubitari poteſt, an Regula Cancell. revocatoria Expectati-
varum, quæ eſt 11. & fit poſtridie aſſumptionis Pontificis, per quas
revocantur omnes expectativæ, quæ in aliqua ſui parte non ſunt ſor-
titæ effectum; eſſet in his primariis Precibus, hoc eſt, an ſortientur
ſuum effectum etiam poſt obitum Pontificis, qui Indultum Prima-
riarum Precum Cæſari conceſſit? nam prædicta Regula, quæ publi-
catur altero die poſt aſſumptionem ad ſummi Apoſtolatus apicem,
revocat omnes gratias expectativas per prædeceſſorem conceſſas.
Dubitationem movet, quod verba dictæ Regulæ comprehendant
etiam facultates nominandi, & conferendi, verbis generalibus &
aptis comprehendere quoſcumque, ut patet in verbis, regula,
QUORUMCUNQUE, ET QUIBUSCUNQUE CONCESSAS.
Nihilominus cùm Indultum Cæſareum habeat clauſulam, NEC
NON QUIBUSCUNQUE IN CANCELL. APOSTOLICA
QUANDOCUNQUE PUBLICATIS ET PUBLICANDIS &c.
cenſeo prædictam Regulam ceſſare, nec afficere Preces Primarias,
maximè quod Imperator in facultatibus habeat facultatem nomi-
nandi tanquam S. R. E. advocatus, ſicque videatur privilegiatus à
Jure communi, *cap. dilecto 3. de præbend. cap. Adrianus, & ſeqq.* 3.
63. diſtinct. gloſ. unica, in cap. Imperium in fin. 10. *diſt.* Et Papa per
generalia verba non videtur tollere ſpecialia jura, *leg. de curior. C. de*
ſilentia. lib. 12. *Bald. in leg.* 1. *ante nu.* 2. *ff. de conſtit. Princip.* Acce-
dit quòd Imperator utatur conſuetudine antiqua, & immemora-
bili in conferendis iſtis Precibus, ut patet in principio proviſionis
Cæſareæ, quæ datur Preciſtis: Regulæ autem & Conſtitutiones
papæ, quæ ſtrictam accipiunt interpretationem, non tollunt con-
ſuetudines antiquas, niſi in individuo faciant de illis mentionem,
Geminia. in c. 2. de præbend. in 6. cap. 1. de conſtit. in 6. poſtre-

 mò,

mò, quandoquidem S. Pontifex facultatem hanc nominandi con-
e ceſſerit [e] ob ipſius in Eccleſiam bene merita, non videtur quòd ſucceſſor poſſit illas revocare: quia quando princeps alicui benemerito aliquid donat, non debet hujuſmodi facultas à donatario auferri ſine cauſſa, ut olim reſpondit ſolidæ eruditionis Fran. de Fraipont IC. Leodien. in cauſſa Joannis de Manio, DD. Scabinorum Leodien. Graphiarii, *per textum in l. Aquilius, & in l. ſi pater, in fi. ff. de donat. Caſtren. in l. quæ ex relationibus in 3. not. C. de leg. Alex. conſ. 101. num. 1. lib. 1. Selua. de Benef. part. 3. quæſt. 14. num. 3. Navar. in cap. Placuit, num. 16. de Pœniten. diſt. 6. Franc. cap. ult. num. 5. de Reſcript. in 6. per ca. decet de Reg. iur. in 6.* & à fortiori multò magis idem dicetur in Papa, qui debet eſſe conſtans & immobilis ſicut lapis angularis, non aliter atque polus in cœlo, & unam dumtaxat linguam, & unum calamum habere, & non plures, *Rota deciſ. 33. num. 17. & 18. de Præbend. in antiq. Philipp. Probus in Reg. fruſtra 75. num. 5. de Reg. iur. in 6. Flam. Pariſ. de Reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 18. nu. 92. Roland. à Valle conſil. 13. nu. 57. & ſeqq. vol. 3. Gonz. ad Reg. VIII. Cancell. gloſ. 9. §. 2 nu. 31. uſq; 35.* Nec etiã à tẽpore quo Cæſares ſunt in poſſeſſione iſtarũ Primariarũ Precũ, viſum eſt privilegio ipſorũ per aliquem e Pontificibus, qui ſemper Principibus Catholicis munificentiſſimos ſe præbere ſolent, uſpiã derogatum.

Gratia Expectativa) Gratiæ Expectativæ jam exoleverunt, nec ſolet Papa illas concedere, quia inducunt votum captandæ
5. mortis, gentilibus etiam odioſum, *cap. 2. de conceſſ. Præbend.* & per illas immutatur, perturbatur, & decoloratur univerſus Eccleſiæ ſtatus, ut loquitur Rebuff. *in prax. 1. tit. de Expectativis.* Ideo meritò ſacro Concilii Trid. decreto *cap 19. ſeſſ. 24. de Reform.* Expectativæ omnes ſunt ſublatæ, etiamſi illæ factæ ſint de conſenſu ordinariorum, ut reſoluit Sacra Congregatio Interpretum Concilii. Ac licet Preces, Primariæ ſapiant naturam Expectativarum, nihilo magis
6. comprehenduntur ſub dicto Concilii decreto, ut reſoluit eadem S. Congregatio *in una Cameracens. die 25. Januarij 1576.* quam reſolutionem etiam puto me præſcripſiſſe.

Ac Reservatione) Olim Papa mandabat provideri per Reſervationes, ut viris, quà virtute, quà eruditione conſpicuis, quibus Eccleſia maximè indiget, provideret. Reſervatio autem erat vel genera-

generalis, vel ſpecialis. Generalis eſt, cum Papa unius provinciæ, ſeu diœceſis beneficia reſervabat, vel quæ indicta erat ex diſpoſitione juris communis, ut de vacantibus in Curia, *de qua in cap. 2. de Prebend. in 6.* vel per obitum venientium ad Curiam *de qua in cap. præſenti d. tit. & in Extravag. ad regimen.* Et de hac Reſervatione textus noſter non loquitur, unde preces ejuſmodi beneficia, non capient, *ut dixi ſupra ſect. IV. In gloſ. alias, quam per Conſtitutionem ad regimen,* ſed tantùm de ſpeciali Reſervatione, quæ eſt, cùm Papa reſervat aliquod beneficium, aut dignitatem primò vacaturam in tali loco, pro tali, & interdum deſignat ipſam perſonam, quæ poſſidet dictum beneficium, aut dignitatem, & hæc reſervatio eſt potentior generali, quia reſervata generaliter per acceptantes acceptari non poſſunt, *Mandoſ. ad Reg. 32. quæſt. 3. num. 13. Simonetta de reſervat quæſt.* 4. Specialiter autem reſervata poterant: unde Pontifex hoc loco ſtatuit, ut ne quidem ſpecialis reſervatio impediret effectũ primariarũ Precum.

VEL DUABUS GRATIIS) De hac forma Expectativæ vide Staphil. *de litt. grat. tit. de ſexta forma Expectativarum.*

AC DE INSINUATIONE) Patet ex hoc textu inſinuationis & publicationis inſinuationem remiſſam eſſe, ſed eam relinqui arbitrio nominati. Ideò, quæ ex quadam Eugenii Papæ Regula de ſolemnitate publicationis gratiæ expectativæ conſulendo ſcripſerunt Abb. *conſ. 99. incip. Illud in præſentiarum, vol. 1.* Philipp. Corn. *conſ. 137. licet multas, vol. 3.* Lud. Rom. *conſ. 433. incip. Quoad primum,* & alii hujus Indulti diſpoſitionem minimè afficiunt. Hinc perſpicuum eſt Preces Primarias favorabiliores eſſe Nominationibus Univerſitatum in quibus talis ſolennitas requiritur, ut latè notat Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 14. per tot.* Quæ quoq; nominationes cedere debent Preciſtis, ut alibi in hoc opuſculo notavi. 7. 8.

EXPECTATIVAS IN FORMA PAUPERUM) De qua in cap. ſi pauper Clericus, de præbend. in 6. Hodie in Francia nulla ſunt mandata in forma pauperum, ſed Galli abolita eſſe prætendunt, *ut in tit. de Reformat. ſublat.* Cæterùm hæc forma Expectativæ erat, cùm Epiſcopus aliquem pauperem promoverat ad Ordines ſacros nullo patrimonio, aut ſacerdotio dotatum, quod tamen Epiſcopus non poteſt: Unde ſi talis eſſet promotus, is impetrabat à Papa Ordinatori directas, ut ſibi provideret, quo honeſtè & commodè vivere poſſet, dato 9.

execu-

executore, *cap. ſi pro Clericis, cap. ſi pauper, de Prabend. in 6.* ſed quia etiam hæc forma exolevit, ei non inſiſto: ſatis ſit lectorem remiſiſſe ad Staphil. *de litt. grat. vel de formis Expectat.* §. *nova forma*, Rebuff. *in praxi, tit. de Reſcript. in forma communi.*

Ad Graduatorum.) Sed & hæc forma Expectativæ exolevit in aula, etſi olim non infrequens eſſet: nam Papa mandabat reſervari beneficium conferendum Graduato, in quibuſcumq; Eccleſiis, exceptis Cathedralibus, cujus fructus non aſcendebāt ad certā ſummā, quā taxabat, de qua propterea nihil ultra ſubjicio, videantur Rebuff. *in praxi, tit. de Reſcripto in forma Pauperū pro Graduatis, &* Staphil. *tr. de litt. grat. de forma Expectativarum tit de decima forma* &c.

Publicatis et publicandis) Diximus ſupra per generalem clauſulam derogatoriam non cenſeri derogatum reg. Cancell. ideò neceſſaria, & expreſſa fuit hic illarum derogatio, ne per eas ſiſteretur

10. effectus Primariarum Precum: nam per clauſulam generalem *Nonobſtantibus conſtitutionibus* &c. non cenſetur derogatum niſi conſtitutionibus ordinariis, non autem extraordinariis, cujuſmodi ſunt Extravagantes, & Regulæ Cancell. Nam clauſula generalis ad extraordinaria non refertur, *l. ſcio,* §. *medio ff. de annuis leg. Anaſt. Germ. tract. de Indult. Cardin.* §. *etiam ex eo, num.* 32.

Contitutionibus, et ordinationibus) Sunt qui inter ſe hæc differre aſſerāt, ut Alphonſus Sotto *in Proem. Reg. Cancell. & Rebuff. ad conſtit. Re. in Proem gloſ.* 2. Ego tamen rem eandē eſſe, & quantamlibet S.mi conſtitutionem utriuſq; vocabulo comprehendi exiſtimo.

Statutis, et consuetudinibus) Vigore hujus Clauſulæ, poſ-

11. ſunt expectantes acceptare beneficium, quod forte ex ſtatuto requirit actu ſacerdotium, *de quo eſt deciſio Rotæ* 466. *in antiq.* quæ ſic habet: Nota quod ſtatuta Eccleſiarum actu ſacerdotium requirentia per clauſulas generales derogatorias in litteris Papalibus poſitas ſublata, aut ſaltem dilata cenſeantur, ita quòd Impetrantes poſſint hujuſmodi beneficia acceptare, licet non ſint in ſacerdotio conſtituti, dum tamen ſint in ætate tali, quod in proximis quatuor temporibus poſſint ad ſacerdotium promoveri, *per not. Io. And. in c. ſi pro clericis, de Præb. in 6.* Quanquam nulla hic in eo videatur difficultas, cùm Indultum Cæſareum habeat, ſupra, aliam clauſulam, *in ſect.* 4. *ibi* Videlicet in ætate legitima, per quam mandatur Executoribus provideri

per

per Cæſarem Nominatis ad beneficia Eccleſiarum, in quibus eſſet ſtatutum, quod deberent eſſe in ætate legitima, aut de legitimo matrimonio, dummodo tamen quo ad hujuſmodi qualitates alias cum eis Canonicè diſpenſatum ſit, ut ibi habetur. Licèt autem regulariter per generales iſtas clauſulas cenſeantur contraria Eccleſiarum ſtatuta ſublata, aut ſaltem dilata, non tollunt tamen, aut derogant ordinationi 12.
fundatoris in ſuo teſtamtẽo, *Staph. de litt. grat. tit. de clauſulis nonobſtantiarũ, arg. cap. cũ dilectus, & ibi DD. de iure pat. de quo alibi ſcripſi.*

Per optionem ascendat) Non ſatis erat derogare ſtatutis, & Conſuetudinibus Eccleſiarum, ut ſupra, ſed neceſſaria erat expreſſa, & ſpecialis derogatio conſuetudinis optandi. *Anaſt. Germon. tra.* 13.
de Indul. Cardin. §. *etiam ex eo, nu. 22. Garcias de benef. part. 5. cap. 1. nu. 150. de quo textus eſt expreſſus in c. fin. de conſuet.* Ibi enim Pontifex præmiſſa conſuetudine optandi, decernit, quod cum in Eccleſia in qua eſt talis conſuetudo, mandat ſedes Apoſtolica alicui provideri de præbenda proximè inibi vacatura, poterunt nihilominus antiquiores juxta conſuetudinem eandẽ optare, cùm præbenda vacabit, quod confirmatur deciſ. Rotæ, §. *de conſuet. in No. Caſſador. deciſ. 4. nu. 2. & 3. de conceſſ. Preben. Geminia. conſ.* 104. *Staphil. de litt. grat. tit. de effectu clauſul. verſ. Inſuper derogatur Fely. in cap. nonnulli. n. 23. de Reſcript.* ubi dicit, quod licèt per clauſulam, nonobſtantibus, conſuetam poni in gratiis, derogatur ſtatutis generalibus omnia beneficia Eccleſiaſtica reſpicientibus, tamen non derogatur per eam alicui ſta- 14.
tuto ſingularium, niſi de illo fiat expreſſa mentio. Ideo dicta conſuetudo optandi non habet locum in nominationibus Univerſitatum, teſte Rebuſt. *in tract. nominat. quæſt. 15. num.* 49 & Joanne Petro Moneta *in ſuo doctiſ. tract. de Iure optandi.*

Juramento) Ideo hoc exprimitur, quia ſtatuta jurata non tol-
luntur per generalem derogationem ſtatutorum, *Fely. in cap. conſtitutus, n. 3. de Reſcript. I. Guiterrez in Reper. l. nemo poteſt, nu. 168. de leg. 1. Anaſt. Germon. de Indult Cardin.* §. *etiam ex eo nu. 26. Celſi Hugo tract. de clauſulis, nu. 23.* ubi ſcribit quod diſpoſitio contra non tollit actũ juratũ. *glo. in c. cum non decent, verbo effectus, de electio in 6. Clem. dudũ, §. fin. de ſepult. Fely. in d. cap. conſtitutus, de Reſcrip. & alii multi, quos adducit Rebuff. in forma mand. Apoſt. ſub/.* ubi etiam addit, quòd hæc clauſula in hoc etiam proſit, ut licèt q. jura- f
verit tempore ſuæ receptionis in Canonicũ ſervare ſtatuta, & conſue-

ṭudines laudabiles Eccleſiæ, ſi tamen poſtea impetret à Papa aliquas portiones, & præbendã vel aliud beneficiũ cõtra cõſuetudines Eccleſiæ, non erit perjurus, & valebit ejuſmodi impetratio, *Rota deciſ.* 294.
g *incip. licet quis in no. quã deciſ.* 8 *vide, quia eſt inſignis.* Et nullus præter
16. Papã aut Principẽ non recognoſcentẽ ſuperiorẽ uti poteſt hac clauſula, *Iaſ. l. nemo poteſt, not.* 1. *in* 2. *lect. ff. de leg.* 1. & ibi quoq; Guiterrez *nu.* 157. Si tamen derogatio fieret per viã legis, tali caſu per ſimplicem derogationẽ derogatur Juramẽto nulla facta de eo mẽtione, *Gom. in Proem. Reg. Cancell. quæſt.* 5. *in fi. Guiterrez ad l. nemo poteſt. n.* 170. *ff. de leg.* 1. aut ſi Papa ſcriberet motu proprio cũ dicta clauſula, nonobſtante, *Guiterrez in d. l. nemo poteſt, num.* 171.

CONFIRMATIONE APOSTOLICA) Opportunè hoc apponitur:
17. quia clauſula generalis, non obſtantibus, non tollit diſpoſitiones, per Principẽ cõfirmatas, *glo. in Clem. dudũ, in fi. in verbo Pacta de ſepult. Fely. in cap. Conſtitutus, n.* 21. *verſic. conſidera, tertio, de Reſcript.* Et difficilùis rũpitur conventio confirmata, quã ſimplex papæ conventio, *ca.* 1. *de Treuga. Fely. in cap. conſtit. nu.* 21. *de Reſcrip.* porrò, de effectu Confirmationis, & quotuplex ſit. vide Deciũ *in. Rub. tit. de confirm. util. per tot. glo. in cap. quia diverſitatẽ; de conceſſ. Prabend. & in cap. frater* 17. *quæſt.* 4. *Abb. in cap. cũ ſuper, de cauſſa poſſ. DD. in l. more, ff. de Iuriſd. om. Iud. & alios quos appell. Reb. in forma Mãd. Apoſt.*

18. VEL QUAVIS FIRMITATE) Nonnunquã enim ſtatutis, ut pondus illis adjiciatur, pœna apponi ſolet, per ſtatuentes: quod poſſunt, etiamſi careant Juriſdictione, *Aſirer. ad deciſ. Capell. Tholos.* 405. Ideò per hoc Indultum ejuſmodi etiam ſtatutis derogatur.

19. CONTRARIIS:) Idcircò apponitur hæc clauſula, quòd aliàs non valeat gratia, vel Reſcriptum conſuetudini, ſtatuto, vel privilegio contrarium, niſi de illis fiat mentio, ſaltẽ per clauſulã hanc generalem NONOBSTANTIBUS CONTRARIIS, ut hic: quia ſicut cõdendo legẽ poſteriorem, inquit Rebuff. non videtur derogare conſuetudini vel ſtatuto, *cap.* 1. *de Conſtit. in* 6. ſic faciendo gratiã uni, non videtur tollere conſuetudines, vel ſtatuta contraria, *Peruſius in cap. cum aliquibus* 1. *notab. de Reſcript. n.* 6. *cap. ult. de conſuet. eod. lib. & cap. cum in illis d. tit. Rebuff. in forma Mand. Apoſt.* niſi in derogatione per clauſulã nonobſtantibus, apponat vocem, contrariis, vel in contrarium facientibus. *Guiter. in Repet. l. nemo poteſt, num.* 161. & 162. *de leg.* 1.

QVIBVS

QVIBVSCVNQVE) Iſta clauſula licet ſit generalis, regulatur ta-
men ſecundùm naturam gratiæ, vel Reſcripti. *Marcheſan. tract. de* 20
Commiſſ. part. 2. cap. 6. *num.* 11. & reſtringitur ſecundùm ſubie-
ctam materiam. *glo. in cap. ſolita, de Maior.* & ad perſonas habiles,
l. qui autem in fide Conſtit. pecu. Et hæc clauſula ſolet ſequi ſpecialiter
enumerata; quia non eſt nouum, vt aliquibus ſpecialiter enumeratis
generalis clauſula ſubſequatur, quæ omnia comprehendat, *l. ſi ſer-
uus, ſeruum, §. inquit lex in fi ff. ad l. Aquil. c. qui ad agendum, de Pro-
cur in 6. Staphil. de litt. grat. tit. de vi, & effectu, clauſ. 9. ſecūdo ſciēdū eſt.*

QVACVNQVE DIGNITATE) Hæc clauſula ſolet comprehen-
dere quoſcunque cuiuſcunque gradus, ſtatus, & dignitatis exiſtant,
adeò vt etiam Reges comprehendat, & Cardinales, *Gom eſ. in proœm.
Reg. quæſt. 4. num. 2. Verſ. Nam dicta clauſula.*

NOMINATIONES :) Quemadmodum Expectatiuæ ad beneficia
non impediunt quo minus Primariæ Preces ſibi locum vindicent, 21
vt dictum eſt. ita etiam Nominationes Vniuerſitatum. Nomina-
tionum enim Indulta ſunt ad inſtar Expectatiuarum gratiarum, quæ
pari paſſu cum illis ambulant, *Wameſ. conſ.* 250. *n.* 1. adeoque illis
non ſubijciuntur beneficia Preciſtarum, vt hic ſtatuitur.

CVM QVIBVSVIS ETIAM DEROGATORIARVM DEROGATORIIS
CLAVSVLIS) Vt intelligatur vis & energia iſtius clauſulæ, aduerten-
dum nonnunquam Papam concedere Indulta, vel priuilegia, in 22
quibus apponitur Clauſula quod per quamcumque diſpoſitio-
nem non cēſeatur derogatum huic Indulto, vel priuilegio ſi poſtea
Papa non obſtante eiuſmodi Indulto, vel priuilegio faciat vni ali-
quam gratiam continentem clauſulam derogatoriam clauſulæ de-
rogatoriæ primi priuilegij, iſta gratia, vel alia ſimilis dicetur contine-
re clauſulam prædictam: verbi gratia, ſi conceditur primo priuile-
gium cum derogatione iuris communis, & aliarum obſtantiarum,
& iſtud priuilegium continet clauſulam, quod per quaſcunque diſ-
poſitiones contrarias non cenſeatur derogatum huiuſmodi priuile-
gio, & poſtmodum ſuperuenit alia conceſſio contraria primo pri-
uilegio continens clauſulas derogatorias clauſularum derogatoria-
rum primi priuilegij, tunc iſta ſecunda diſpoſitio, vel alia ſimilis, di-
citur continere clauſulam prædictam, quia derogat derogationibus
prioris conceſſionis. Idemque eſſet ſi in prima conceſſione diceре-
tur, quod derogatur non ſolum quibuſcunque diſpenſationibus in

contrarium facientibus,ſed etiã clauſulis derogatorijs aliarum clauſularum derogatoriarum in illis appoſitis , contra tenorem & clauſulas derogatorias primæ conceſsionis; nam tali caſu prima conceſſio continet clauſulas derogatorias derogatoriarum, vt colligitur ex glo. & D. *in d. l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de leg.* 3. & ex traditis à Paulo Caſtren. *conſ.* 278. *paſſus iſte dubitabilis , ante finem verſ. Item continet aliam derogatoriam.* Dec. *conſ.* 165. *Incip. viſo tenore , num.* 1. Pariſ. *conſ.* 42. *num.* 15. *in fi. lib.* 4. Vnde cùm concurrat duplex vinculum, vnum, clauſulæ derogatoriæ, & aliud derogatoriæ dero-
23 gatoriarum, & duo vincula fortiora ſint vno, §. *affinitatis, Inſtitut de nupt. l. cum Adoptiuis, C. de adoptio.* ſequitur quod ad hoc vt ſit derogata prima diſpoſitio talem clauſulam continens, non ſufficit, quod fiat mentio, & derogatio de clauſula derogatoria primæ conceſsionis, ſed etiam fieri debet de clauſulis derogatorijs derogatoriarũm, *vt poſt Bartol. in. l. ſi quis , in pr. ff. de leg.* 3. *Put. deciſ.* 109. *vna Zamoren num.* 4. *lib.* 1. *Couar. in Rub. de teſtam. part.* 2. *num.* 20. *verſ. hinc ſcribit , Paulus Gonzalez ad Reg. de reſeruatione menſium , & Alternatiua glo.* 36. *per tot. vbi multas concluſiones cum ſuis limitationibus appoſuit circa clauſulam prædictam.*

24 Ex certa scientia vel simili motu) Quid diſtet clauſula ex certa ſcientia, à Clauſula Motus proprij conſule Staphilæũ *de litt. grat. tit. de vi & effectu Clauſularum, §. ſubſequenter,* Anaſt. Germon. *tract. de Indult. Card. §. ſed ex certa,* vbi inter alia ſcribit clauſulam ex certa ſcientia excludere errorem præſumptum, habereque vim derogatiuã; clauſulam verò motus proprij non tollere defectum intentionis, nec ius tertij; plura apud eos videto.

Et, quæ fortassis totalis sui tenoris insertionem) Hæc inter alias huius Indulti magnæ potentiæ Clauſulas eſt iſta, quod nimirùm deroget quibuſcunque litteris Apoſtolicis ;etiamſi tales eſſent quod de illis de verbo ad verbum mentio fieri deberet, idque
25 propter clauſulam in extrema Indulti parte appoſitam , Quorum Tenores &c. cujus ea eſt vis, vt appoſita in vltima conceſſione, habeat vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis ac derogationis, *Caſſad. deciſ.* 10. *num.* 2. *ſuper Reg.* qui atteſtatur ſuo tempore Rotam hanc opinionem ſecutam fuiſſe, canonizando vulgatum conſilium Anth. de Butr. *Idem Caſſad. deciſ* 38. *num.* 3. *ſuper Reg. Fely. in cap. Accedentes , num.* 5. *verſ. ſecundus caſus eſt. Menoch. de præſumpt. l.* 6. *præſumpt.*

ſumpt. l 6. præſumpt. 39. *quæſt.* 46 *num.* 22. *Gomeſ. in proem Reg. quæſt.* 6. *num.* 8. & *in Reg. de Trien. quæſt.* 17. *num.* 5. vbi dicit hanc opinionem eſſe æquiorem, & de ſtilo curiæ magis receptam, quam ſequitur Mandoſ. *ad Reg.* 19. *quæſt.* 19. *num.* 13. *Put. deciſ.* 190. *in pr. lib.* 3. & Anaſt. Germon. *de Indult. Card.* §. *ac irritum, num.* 1. & *ſeqq.* vbi poſtquam contrariæ ſententiæ Authores produxit, tandem prædictam communem ſequitur, & Gonzalez *ad Reg. de menſibus, & Alternat. glo.* 36. *num.* 29. & 65. qui limitat prædictam communem opinionem niſi natura, caſus, & materia ſubiecta, & ampliſſima verba talem Principis voluntatem inſinuarent, vt expreſſa, & indiuiduâ mentione prioris priuilegij opus eſſet, aſſerítque ſententiam Abbatis, *in cap. cum Inſtantia, num.* 5. *ſub. fin. verſ. conclude ergò, de Cenſibus,* quod in hac materia debemus ſemper conſiderare Clauſulas primi & ſecundi priuilegij, & ſi appareat, vel non, de intentione Papæ, volentis reuocare prima priuilegia, ſecundum hoc erit iudicandum pro reuocatione vel non reuocatione primi priuilegij, *Gambar, tract. de leg. lib.* 2. *tit. de Poteſt. leg. in legibus & ſtatutis condendis, num.* 38. 41. & 42. & ſic videmus quod Rota admittit modò dictam clauſulam QVORVM TENORES &c. pro ſufficienti derogatione, modò non, prout diuerſitas materiæ, & caſus natura ſuadet. Ac propterea meritò Fredericus *in dicto conſ.* 233. *n. fin. ante fi.* dixit quod Curia Romana in ſimilibus caſibus, quandoq; vnum, quandoque aliud tenere conſueuit, *Gonzalez ad d. Reg. n.* 67. Verùm in caſu huius Indulti, haud dubium eſt, quin ſit derogatum quibuſcunque Indultis, priuilegijs, facultatibus nominandi, Expectatiuis, mandatis de prouidendo, alijſque quibuſcunque litteris Apoſtolicis ſub quacunque forma, clauſula, & expreſſione verborum conceptæ fuerint, vt ex illius textu patet. Nam ex quo Papa hic vult haberi pro expreſſo, fingitur expreſſum, licet expreſſum non ſit, *Clem.* 1. *de probat.* poteſt enim ad validitatem actus à ſe geſti fingere expreſſum, quod expreſſum non eſt, *Ant. de Butr. conſ.* 55. *per cap.* 1. *de tranſactio. cap. illa, de Electio.* Si enim aliud diceretur, ſequeretur Papam poſſe ſibi auferre per indirectum poteſtatem reuocandi ſuammet legem, vel priuilegium: Nam ſi haberet neceſſe expreſſam facere mentionem illius priuilegij, nec recordaretur, aut illud fortè non inueniretur, ſuis ipſe conſtitutionibus non poſſet derogare, hoc eſt, iure ſuo vti, quod eſſet abſurdum, *Abb.*

ad cap. Ium Inſtantia, col. 2. de cenſibus, Fred. de Senis conſ. 42. Anaſt. Germon. vbi ſupra.

ET MANDATA DE PROVIDENDO) Præſcripſimus
26 mandata de prouidendo & expectatiuas ad futura beneficia etiam ſub nomine Jndulti exoleuiſſe, etiam S. R. E. Cardinalibus conceſſæ fuerint, idque ex ſacri Concilij Trid. decreto in cap. 1. ſeſſ. 24. Vnde inanis eſt Exceptio quæ ſubijcitur, *niſi illi pro quibus &c.*

ANTEFERRI VOLUMVS) Per clauſulam Anteferri, poſterior præfertur priori habenti ius ad rem non in re, *Gemin. in cap. quoniam, num. 7. de conceſſ. præbend. Ruzæus tract. regal. priuileg. 4. num. 6.*
27 Quamuis enim regula ſit, in gratijs ad beneficia, vt qui prior eſt tempore potior ſit iure, *cap. hi qui, cap. eum qui, de præbend. in 6.* fallit tamen vbi de contraria Principis voluntate conſtat, qui pro ſua ſumma poteſtate poteſt poſteriorem anteponere priori, *Wameſ. conſ. 263. num. 3. de Præbend. Azorius lib. 6. inſtit. moral. cap. 32. verſ. nono quæritur*, & dum anteponit expreſsè id declarando, non cenſetur priorem gratiam penitus abolere, vel reuocare, quin patitur illam manere ſaluam, vt illius vigore, qui tempore prior fuit, poſſit acceptare aliud beneficium ſub gratia ſua comprehenſum, *Staphil. de litt. grat. tit. de vi, & efficacia clauſ. Si deinde ſequitur alia.* Quæ quidem Pontificis voluntas, vt tanto certiorem habeat exitum, ſolet communiter huic clauſulæ anteferri, adijci alia clauſula vt hic decreti irritantis, quæ in contrarium acta quæcunque annullat, adeoque etiam ignorantes ligat; ne quoquo modo tali voluntati vel diſpoſitioni poſsit contrauenire, & vbi contrauenerint nihil egiſſe cenſeatur, *Clem. 1. & ibi D.D. de Electio. Abb. in c. dilecto. de præben. latè Gonzalez ad Reg. de menſibus, & Alternatiua. glo. 67.*

Si tamen habens clauſulam anteferri, ei renunciet valebit, collatio prius facta, *Io. Monach. in cap. 2. de præbend. in 6.* vbi ſi Ordinarius conferat beneficium intra menſem quod fuit ſpecialiter impetratum cum clauſula decreti & Inſtitutionis, ſubſiſtet Collatio ſi Impetrans ſua non vtatur gratia, & ſi habens clauſulam anteferri ei renunciet, valebit collatio prius facta, quia eo repulſio ſublatum eſt impedimentum quod primum. Hinc ſi Preciſta nolit vti ſuis Precibus ſeu nominatione, vt pote quia beneficium eſt tenue, & contemnit illud acceptare, collatio alteri non nominatio facta ſubſiſtet: quia priuilegio in ſuum fauorem introducto licitum eſt re-

nunciare

nunciare, *c. ſi diligenti, de foro competent*, *l. penult. C. de Pactis.*

Intelligitur enim beneficium eſſe Nominato ſeu Preciſtæ affectum, ſi is ipſe illud velit, *Rebuff. tract. de nominat. quaſt.* 18. *num.* 9 *Guimez ad Pragm. Sanctio. tit. de collatio.*

NON FACIENTES PLENAM ET EXPRESSAM DE VERBO AD VERBVM) Circa huius clauſulæ intelligentiam vide ſi lubet ea quæ ante ſcripſi in verbo, *& quæ fortaſsis totalis* &c. & not. VVameſij *conſil.* 33. *vol.* 1. 28

VEL DIFFERRI) Ideo hoc additur, vt tollantur dilatoriæ receptiones de quo videatur Fely. in cap. nonnulli, num 9 verſ. nota 3. de reſcriptis, & notandum eſt quod quædam ſunt regulæ ſuſpenſiuæ gratiarum expectatiuarum vſque ad fulminationem proceſſum quædam ſunt dilatiuæ, vt pote propter aliquod factum perſonæ requiſitum, & in effectu perimunt poſteà gratiam facto illo non ſecuto, quæ eſt in Regula de non acceptando niſi litteris expeditis, & his Regulis per dictas generales clauſulas, etiam non obſtantibus Regulis, non cenſetur derogatum; niſi de illis fiat expreſſa, & indiuidua mentio, vt hic factum eſt, Gomeſ. ad Procm. Reg. Cancell. quæſt. 5.

MENTIO SPECIALIS) Hæc clauſula, inquit Rebuff. in forma Mand. Apoſt. tollit ſubreptionem, & defectum intentionis, quia intendit per hanc Clauſulam derogare cuicumque priuilégio, & ſtatuto, etiamſi ſpecialis mentio de eo eſſet facienda, Card. conſ. 136. col. 4. Et ſic per hanc clauſulam derogatur etiam Regulis Cancellariæ, quamuis de eis expreſſa mentio fieri debeat, Gomeſ. in procmio Reg. quæſt. 6. in fi. Vbi etiam ſubijcit per hanc clauſulam videri derogatum Indultis Cardinalium, de quo hîc hic non dubitatur, cûm Indultum Cæſari conceſſum expreſsè deroget dictis Indultis & priuilegijs quibuſcunque. 29

ADDITIONES.

a *NOnobſtantibus*, clauſula nonobſtantibus etſi tollat ſubreptionem non ta-
30 men inducit diſpenſationem, nam de diſpenſatione apparere deb verbis claris, & non ambiguis. *Gonzal. ad Reg.* VIII. *Canſell. Gloſſ.* 15. *num.* 3.

b *Sit in ea ætate.* Rota *deciſ.* 1. *num.* 1. *de prabend. in nouis*, niſi acceſſerit diſpenſatio cui nominato ſi plura obſtent impedimenta, tot exprimi debent quot ſunt obſtacula, quia diſpenſatio conceſſa circa vnum defectum non ex-
31 tenditur ad alium defectum. *Math. de afflict. deciſ.* 320. *num.* 12. *& ſeq.* Vnde ot requiruntur diſpenſationes quot ſunt impedimenta. *Ludouiſius deciſ.* 87. *num.* 6 *&* 16. 17. & duobus impedimentis exiſtentibus vno ſublato, manet aliud. *Gonzal. ad Reg.* VIII *Cancell. Gloſſ.* 13. *n.* 93. *& ſeq.* quia actus habilitationis vltrà concedentis mentem non operatur, *Marcheſann: de commiſſ. rela-*
32 *xa ionis Iuramenti. cap.* 4. *num.* 37. 38. 39. Vt ſi duplex conſanguinitatis Impedimentum ſit, & ſimplex tantum gradus prohibitionis Papæ narratus fuerit, ſuper illo tantum defectu non autem ſuper vtroque non expoſito diſpenſatum eſſe præſumitur, *Puteus lib.* 3. *deciſ.* 39 *num.* 3. In connexis tamen & annexis, ſiue inſeparabilibus diſpenſatio quoad vnum extenditur ad aliud annexum. *Flamin. de reſign. lib.* 3. *quæſt.* 6. *num. num.* 62 De annexis idem eſt Iudicium quod in principali, *Card Mant. de tacit. & ambiguis. Conuent tom.* 2. *lib.* 25. *tit.*
33 9. *num.* 68. Et diſpenſatus in vno, ad conſecutiua ejus diſpenſatus etiam cenſetur v.g. diſpenſatus eſt adoleſcens ſexdecim annorum vt poſsit habere Eccleſiam curatam, intelligitur vt non obligetur diſpenſatus Sacerdotium recipere intra annum. *Greg. Sayer. in theſaur. Theol. Moral. lib.* 7. *cap* 14. *num.* 21. Poſſunt interim plura tolli impedimenta ſub vnica expeditione dummodò ea omnia exprimantur quæ ſuperiorem ad aliter atque aliter, ſeu hoc aut alio
34 modo reſcribendum mouere poſsint, *cap. conſtitutus cap. ſuper litteris, cap. poſtulaſti, & cap. in noſtra vbi Abb. & ſelin. de reſcript*, Hincque apiſpenſatus ad duo beneficia nequaquam cenſetur diſpenſatus vt illa habeat in eadem Eccleſia, niſi expreſsè fuerint dictum. *Abb. in cap. de multa num.* 4. *de prabend. & latè*
35 *felin. in cap. poſtulaſtis num.* 9. *de reſcriptis*, & diſpenſatio non ſuffragatur niſi litteris expeditis. *Put. lib.* 2. *deciſ.* 254. plura ſcripſi, *ad Regulam Cancellariæ* 53. *quod nulli ſufrageatur diſpenſatio niſi litteris expeditis.* quòd non procedit quando diſpenſatio ſimul cum prouiſione conceditur., *Put. dict. lib.* 2. *deciſ*, 485.

c *Non cenſetur derogatum*, Regulis Cancell. *Selua de beneſ. part* 4. *quæſt.*
36 46 quem ſequitur, *Flam. de reſign. lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 176. *& quæſt.* 8. *num.* 123. *Puteus lib.* 2. *deciſ.* 515. *num.* 1. *&* 2. Ratio eſt quod non ſint in corpore Iuris clauſæ, & poſſent ignorari, & ideò de illis debet fieri expreſſa mentio, *Rebuff. in praxi beneficiali tit. de declaratione nona prouiſionis verſ nonobſtantibus*, & per ea quæ ſcripſi, *ad Reg. Cancell. in proemio num.* 31.

Quorum

Quorum tenores, Per clauſulam quorū tenores, omnes conſtitutiones contrariæ limitatiuæ & modificatiuæ tolluntur. *Burſat. Conſil. 178. n. 44.* Et operatur expreſsionem ſpecificam omnium ad quæ fit relatio, ac ſi tenor litterarum fuiſſet inſertus, & ita decedit, *Rota in Toletana anatarum 19. Iunij 1589 coram Bon: mem. Orano. refert far. part. 1. deciſ. 666. num. 2.* Niſi de reuocatione priuilegij certa forma requireretur, vti de reuocatione priuilegij Societati IESV per Greg. XIII. Pontificem maximum conceſſi, tradit. *Anto. de amatis deciſ. 17.* Cuius priuilegij clauſula talis eſt. d 37

Quod ei nunquam etiam cùm derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & per quas earundem litterarum tunc deſuper conficiendarum tenor, ac ſi de verbo ad verbum in eis inſertus foret, pro expreſſo haberetur quibuſcumque perſonis, ſeu in eorum fauorem etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſas, & factas ac faciendas, & concedendas nullatenùs derogatum cenſeatur, aut derogari poſsit, niſi tenor earumdem tunc deſuper conficiendarū litterarum de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo foret in illis inſertus, & derogatio pro tempore facta huiuſmodi per trinas diſtinctas litteras eundem tenorem continentes tribus ſimilibus diſtinctis vicibus eidem Societati intimata, & inſinuata foret, & quod aliter earundem litterarum tunc deſuper conficiendarum pro tempore factæ derogationes nemini ſuffragantur. &c. 38

Clauſula formam inducens operatur, vt actus in contrarium geſtus nullus exiſtat, nullumque producat effectum.

Ob ipſius in Eccleſiam benemerita, Gratia conceſſa propter benè merita, hoc eſt propter remunerationem, non eſt merè gratia, ſed actus oneroſus, tranſiens in vim contractus, quæ non poteſt reuocari abſque iuſtâ cauſâ. *Aloyſio Riccy. in praxi variarum reſolut. reſolut. 357. num. 1. & 3. Burſat. conſ. 225. num. 44 & Adrianus Gyſman. Symphorem. tom. 4. part. 1. vot. 37. num. 32.* Cenſet eiuſmodi priuilegium ob bene merita conceſſum, eſſe irreuocabile, adeò quod gratia, & indulgentia Principis ſemper & vbique obſeruari debeat, etiamſi verba poſſent vario modo interpretari, cùm non deceat aliquem decipi ſub fide Principis. *Burſat. Conſ. 177. num. 3.* Vti decreuit Imperator Aurelianus nè cum principali authoritate circumuentus videatur. e 39 40

Quis iurauerit, f Iuramentum de ſeruando ſtatuta Eccleſiæ tam edita quam edenda non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta, vel per contrariam conſuetudinem abrogata, quia ſtatuta non recepta, vel per contrarium vſum abrogata, dici ſtatuta amplius non poſſunt, *Caiter. de Iurament. confirmat. part. 1 cap. 37. num. 14.* & qui iurauit ſeruare omnes conſuetudines non laudabiles vel etiam laudabiles ſed non præſcriptas ſeruare, non tenetur, *Innocen. in cap. dilecti filij, num. 4. de maiorit. & obedien.*

Quam deciſ. vide, Et eſt deciſ. 1. de Iureiurādo in nouis, cuius tenor ſequitur.

Licet quis iuret tempore receptionis ſuæ in Canonicum ſeruare ſtatuta, & conſuetudines laudabiles Eccleſiæ, & poſtea impetret à Papa aliquas portio-

nes

nes ſeu Præbendas contrà cõſuetudinem illius Eccleſiæ non cenſetur periurus & valet huiuſmodi impetratio, præſertim ſi in gratia huiuſmodi ponantur clauſulæ derogatoriæ, hodie poni conſuetæ, videlicet nonobſtantibus ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ contrarijs, etiam iuramento, & confirmatione ſedis Apoſtolicæ corroboratis, & eſt tunc indubitatum, *per not. in cap. cum aliquibus de reſcript. & de præbend. cap. Ei cui lib. VI.* Et tunc non obſtaret, *Gloſſ. Ioan. And. in cap cum non deceat ſuper verſic. ſtatutum de electio. lib. VI.* Si verò non ponerentur dictæ clauſulæ derogatoriæ, & eſſet gratia facta motu proprio dicto iuranti, idem quia in quolibet iuramento intelligitur ſuperioris authoritas excepta; *de Iureiuran cap. venientes, & ibi hoc not. per Ioan. Andr. in nouiſ.* Si verò fieret gratia ad inſtantiam Iurantis, dicta ſtatuta: tunc poſſet diſtingui, aut expreſsè iurauit ſeruare ſtatuta, & omnia contenta in eis, & ſine cauſa impetraret, fortè non valeret contra illa iuramenta huiuſmodi impetratio, niſi obtinuiſſet abſolutionem ab huiuſmodi Iuramento, ſi verò ex aliqua cauſa rationabili ſuperuenienti impetraſſet, valeret, & teneret huiuſmodi Impetratio, quia in quolibet iuramento intelligitur ſi res in eodem ſtatu permanſerit, *de iureiurando cap. quemadmodum*, aut iurauit in genere ſeruare omnia
41 ſtatuta Eccleſiæ, & tunc ex cauſa, vel ſine cauſa poſſet impetrare contra ea, quia non eſt veriſimile quod voluerit ſe in tantum arctare, quod nunquam contra illa ſtatuta impetraret, Iuramenta enim huiuſmodi ſecundùm intentionem iurantis ſunt interpretanda XXII. & c. V. humanæ aures, de iureiuran. *cap. veniens & capit. quintavallis*, pro qua diſtinctione faciunt quæ lect. & not. *in cap. Clericos eod. titu l. & capit. venientes in nouel.* vide Paul. *in capit. 1. de regula in Clementi.*

Vt intelligatur vis, & energia iſtius clauſulæ, vide *Eraſmum à Chokier*
h *Fratrem meum tom. 2 tractatus ſui in Scholia Conſtit. Concil. Laur. exemp. à iuriſd. ord. moderant. part. 1. Scholia 219. num. 8. & 9.*

Ex certa ſcientia, Dicta clauſula ex certa ſcientia talis eſt virtutis, vt non
i requirat partis citationem nec cauſæ cognitionem præceſsiſſe, *Burſat. conſ. 30. num. 11. & ſeqq.* Idemque importat quod de plenitudine poteſtatis. *bb. Pano-*
42 *rum. ad cap. adhæc num. 7 de reſcript. Lud. Romanus conſ 369.* Nihil tamen operatur quoad ea quæ ſunt facti, quia præſumitur ea Princeps ignorare. *Put. lib. 3. deciſ. 70. poſt. Dec. conſ. 292. col. penult.*

k *Clauſulā vero motus propriū non tollere defectum intentionis nec ius tertij*, eiuſdem ſententiæ eſt. *Ioannes Aloÿſ. Riccius in praxi variarum, Reſolut. reſolut.*
43 *490* Puta, ſi beneficium ſpectabat ad iuſpatronatus alicuius laici, de quo Papa ſi ſciuiſſet nullatenus prouidiſſet, licet motus proprius Papæ excludat, & tollat qualitates extrinſecas, non tamen intrinſecas, videlicet curam, vel Principalitatem beneficij, de quo prouidetur.

Nec inducit diſpenſationem natalium, bigamiæ, ætatis, vel alterius irregularitatis, *Rot. deciſ. 6. & 7. de præbendis in nouis Flamin. de reſign lib. 3. quæſt. 1. num.*

num. 125. & ſeqq. Felyn. in cap. conſtitutus de reſcript, Et cùm Papa concedit diſ-
penſationem ſuper vitio, ſiue defectu corporis, vt pote ſi petens diſpenſatio-
nem à vitio corporali reperiatur in curia, debet ſe conſpectui Referendarij 44
præſentare, qui diligenter inſpiciat defectum ſuper quo diſpenſatio requiri-
tur, idque ad finem vt valeat omnes qualitates dicti defectus, minutatim re-
ferre Sanctiſsimo. Cùm proponit ſupplicationem coram eodem, in ſignatura
gratiæ, nam tunc ſi placet, diſpenſat, eamque directè indulget, & non alteri
concedendam committit: quod ſi talis abſit eo tempore à curia, & ſecum 45
directè diſpenſare non conſueuit, verum illi Antiſtiti delegat facultatem diſ-
penſandi in hæc verba.

Mandamus ſi, & poſtquam dictus N. coram te perſonaliter, ſe exhibuerit oculum, vel membrum ipſum diligenter inſpicias, & ſi (ſuper quo conſcientiam tuam oneramus) ex inſpectione huiuſmodi notabilis deformitas in eodem membro non appareat quod ex hoc poſsit in populo ſcandalum generari, ac aliud Canonicum impedimentum, cum eodem N. diſpenſes, & ſi ſecum ſuper præmiſsis diſpenſare contingat, vt quæcumque beneficia liberè, & licitè retinere valeat, authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus. *Aloyſ. Riccius reſolt. 16. & reſolut 271. num. 4.*

Sectionis. V. §. Secundus.

NEc non Concordatis nationis Germanicæ, ac eorundem Concordatorũ confirmatione, ac prædictis, & quibuſcumque alijs quandocunque editis & edendis conſtitutionibus, & Regulis noſtris, & dictæ Cancellariæ ad quarum ſolennitatem, aſtrictionem formam, vel ſatisfactionem ſeu obſeruantiam habentes Preces, ſeu Nominationes huiuſmodi minimè teneantur, nec ipſæ Preces ſub illis comprehendantur quoquo modo; Nec non quibuſuis priuilegijs, Indultis, & litteris Apoſtolicis, & quibuſuis gratijs expectatiuis ſpecialibus, vel generalibus, etiam mentalibus reſeruationibus, vnionibus, annexionibus, & incorporationibus, ſuppreſſionibus, & extinctionibus perpetuis & temporalibus, nominationibus ac reſeruandi, vniendi, annectendi, incorporandi ac nominatis, & alijs conferendi, commendandi ſupprimendi. & extinguendi, alijſque circa acceſſus, & regreſſus de conſenſu facultatibus litteris, mandatis & Indultis quibuſcunque & cum prouiſionibus commendis. & aliis diſpoſitionibus ex tunc, & gratijs quibuſuis, perſonis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtentibus, & quacunque etiam Imperiali, Regali, Reginali, Ducali,

ceſſa, & facta ſint & eſſe cenſeantur, ac expediri poſſint, ac ſic & non aliter per quoſcumque Iudices, & perſonas iudicari debeat, caueatur expreſſe, omnium [k] illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis, ac modos, & formas huiuſmodi pro indiuiduo ſeruatis habentes, ad effectum præſentium omnino derogamus, & in dictis beneficiis, cum, vt præfertur vacauerint effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe, nec non decernentes præſentes litteras nullatenus de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentiois noſtræ defectu notari aut impugnari poſſe, nec debere, & ſic per quoſcunque tam ordinaria quàm delegata, & mixta authoritate fungentes Iudices, perſonas, vbique iudicari, cognoſci atque decidi debere, ſublata, eis & eorum cuilibet iudicandi, cognoſcendi, vel decidendi facultate, nec non [m] irritum & inane quidquid ſecus ſuper præmiſsis omnibus & ſingulis, vel eorum aliquo quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus, cæteriſq́; contrariis quibuſcumque.

SVMMARIVM SECTIONIS V.

§. 2.

1. *Authores Concordatorum Germaniæ.*
2. *Pontifex approbat Concordata.*
3. *Beneficia Sedi Apoſtolicæ reſeruata.*
4. *Cap. præſenti 38. de præbend. in 6. non afficit beneficia decedentium in proprio domicilio.*
5. *Clauſula irritans.*
6. *Concedit liberam electionem.*
7. *Reſeruatur Sanctæ Sedi facultas de digniori prouidendi.*
8. *De Monaſteriјs Monialium non diſponit, niſi ſint exempta.*
9. *De exemptis per commiſsionem ad partes.*
10. *De beneficiјs vacantibus in menſibus ordinariorum.*
11. *De collationibus beneficiorum vacantium in menſe Pontificis.*
12. *Collatio Papæ debet innoteſcere intra tres menſes in loco beneficiј.*
13. *Annata quid, & de modis ſoluendi?*
14. *Si dignitas bis, vel plures intrà annum vacauerit vnica ſoluerunt annata.*

15. *Concordatis Germaniæ an derogari poſsit?*
16. *Ordinarij Collatio an ſubſiſtat, preciſta non acceptante.*
17. *Clauſula de noſtrorum fratrum conſilio.*
18. *An ſummus Pontifex poſsit ardua expedire, ſine Cardinaliũ conſilio.*
19. *Summus Pontifex habet liberam diſpoſitionem beneficiorum & abſolutam poteſtatem.*
20. *Papa quare requirat fratrum conſilium.*
21. *Papa ſi negligat conferre intra tres menſes, Ordinarius non confert priuatiuè, ſed erit prauentioni locus.*
22. *Conſtitutio Gregorij XIIJ. declaratoria Conſtitutionis Nicolai V. circa collationes beneficiorum in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis.*
23. *Annatas quis primò introduxerit?*
24. *Penſio an ſit beneficium?*
25. *Penſio ſi excedat XXIV. ducatos ſolui debet annata.*
26. *Conſtitutio Clem. VII. in puncto annatarum.*
27. *Annata ſolui debet àrenun ciatario.*
28. *Penſio litteris non expeditis an ſalua conſcientia exigi poſſit?*
29. *An in permutationibus locum habeat annata?*
30. *Annatæ ſolutionem quis recipiat?*
31. *Annata quibus ſoluenda, & inter quos diſtribuenda?*
32. *Quindennia quomodo fuerint introducta, & quare.*
33. *Conſtitutio Pij V. in puncto quidenniorum.*
34. *Vniuerſitas nunquam moritur.*
35. *Beneficium fingitur decimo quinto anno vacare.*
36. *Quindennia ſurrogata ſunt in locum annatarum*
37. *Pœna non ſoluentium annatas debitis temporibus.*
38. *Annatæ ſecundum temporum varietatem interdum mutantur, & alterantur.*
39. *Stylus Curiæ Romanæ modò albus, modò niger,*
40. *Decretum irritans afficit omnia, inficit titulum & operatur nullitatem actus ab initio geſti, ita vt nec effectum nec iuris fomentum habeat.*
41. *Decretum irritans debet iuſtificari.*
42. *Decretum irritans & aliæ clauſulæ acceſſoriæ nihil operantur non ſubſiſtente gratia principali.*
43. *Decretum irritans non afficit perſonas non comprehenſas in diſpoſitione,*

ſitione, neq; ignorantes quoad pœnam.

44. *Decretum irritans, aliæq; clauſulæ, non impediunt manutentionem, dum diſputatur an diſpotio locum habeat, necne?*

SCHOLIA IN §. SECVNDVM SECTIONIS V.

Nec non concordatis nationis germanicæ) Hic §. pars eſt proximi ſuperioris. Nam vt maius robur Indultum iſtud Primariarum Precum haberet, non fuit contentus Pontifex adijcere clauſulas derogatorias derogatoriarum, nam per illas non tolluntur conceſsiones ſiue Priuilegia quę tranſierint in vim pacti, *vt not. Mohed. deciſ.* 23 *de Præben. Creſcen deciſ.* 2. *&* 5 *de Priuileg. Caſſad. deciſ.* 1. *de Pact. Ferrett. conſ.* 319. *num.* 2. *lib.* 2. *Roland. à Vall. conſ.* 13. *num.* 69. *vol.* 3. ſed ſpecialem adiecit clauſulam derogatoriam Concordatorum. Verum enimverò, acriter controuertitur inter iuris ciuilis & Canonici interpretes, an Pontifex poſſit derogare concordatis nationis Germanicæ, quam quæſtionem priuſquam in medium produ cam operæ pretium exiſtimaui textum ipſum Concordatorum hic inſerere: quòd frequentiſſimus ſit illorum vſus, atque inueſtigatio non vſquequaque aperta.

Textus Concordatorum.

Ad ſacram Petri Sedem diuina diſpoſitione ſublimati, ſingulis, quæ pro vniuerſalis Eccleſiæ ac vnione, ac pace & tranquillitate profutura conſpicimus, Apoſtolicæ prouidentiæ ſollicitudinem libenter intendimus, & ad fœlicem eorum proſecutionem, & conſummationem, opem, & operam impendimus efficaces. Nuper ſiquidem Chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Rex illuſtris, & nonnulli alij dilecti filij Eccleſiaſtici, & ſeculares Principes inclytæ nationis Germanicæ ex vna, ac dilectus filius noſter Ioannes Sancti Angeli Diaconus, Cardinalis in partibus Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper à nobis & Sede Apoſtolica, authoritate ſuffultus, ex alia

ex alia partibus, Romanæ Eccleſiæ, & dictæ Nationis nominibus, pro ipſius Eccleſiæ vnione, pace, & tranquillitate, inter Eccleſiam, & nationem prædictam, perpetuo ſolidandis & conſeruandis, diuerſa rationabilia, & vtilia, ordinationes,& ſtatuta à partibus ipſis hinc inde approbata, laudata, concluſa, acceptata, & Concordata fecerunt, vt illis pro firmiori eorum ſubſtantia, robur Apoſtolicæ firmitatis adijcere, nec non Authoritatem potiorem, & decretum apponere dignaremur. Nos itaque qui ſtatuta, ordinationes, & concordata prædicta, per nonnullos ex Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, magnarum maturitatis,authoritatis, & litteraturæ viros diligenter examinari, & diſcuti fecimus;eaque rationabilia,& ſalubria tam Eccleſiæ,quàm Nationi præfatæ fore comperimus, de dictorum, & aliorum venerabilium fratrum noſtrorum prædictæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, Apoſtolica authoritate, & ex certa ſcientia ap-
a probamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus,iuxta modum & formam ſubſequentes. Placet nobis ſuper prouiſione Eccleſiarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcũque vti iuris ſcripti reſeruatione, & Execrabilis, & ad Regimen conſtitutionum modificatis, vt ſequitur. Ad Regimen Eccleſiæ generalis quanquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati gerimus in noſtris deſiderijs, vt debemus, quod per noſtræ diligentiæ ſtudium ad quarumlibet Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimina, ac alia beneficia Eccleſiaſtica iuxta diuinum beneplacitum,& noſtræ intentionis affectum viri aſſumantur idonei,qui præſint & proſint committendis eis Eccleſijs, Monaſterijs, & beneficiis prælibatis: Præmiſſorũ itaque conſideratione inducti,& ſuadentibus nobis alijs rationabilibus cauſis nonnullorum Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales Eccleſias; & etiam Monaſteria, Prioratus,Dignitates, Perſonatus, & Officia, nec non Canonicatus Præbendas,& Eccleſias, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſecularia, & regularia quæcumque, & qualiacumque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueuerint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi, nunc apud Sedem Apoſtolicam quocunque modo vacantia & in poſte-

inpoſterum vacatura , nec non per depoſitionem ſeu priuationem, ſeu tranſlationem per nos ſeu authoritate noſtra factas; & 3
inantea faciendas vbilibet: Nec non ad quæ aliqui in concordia, vel diſcordia electi, ſeu poſtulati fuerint, quorum electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & admiſſa noſtra authoritate extiterit, ſeu quorum electorum vel poſtulatorum, & inantea eligendorum, vel poſtulandorum, electionem caſſari, ſeu poſtulationem repelli, aut renunciationem admitti per nos, aut authoritate noſtra continget apud Sedem prædictam, vel alibi vbicumque, & etiam per obitum Cardinalium eiuſdem Eccleſiæ Romanæ, aut Officialium dictę Sedis, quamdiu ipſa officia actualiter retinebunt (videlicet Vice-Cancellarij, Camerarij, ſeptem Notariorum, Auditoris litterarum contradictarum, & Apoſtolici Palatij cauſſarum Auditorum, correctorum, centum & vnius ſcriptorum litterarum Apoſtolicarum & viginti quatuor Pœnitentiariæ præfatæ Sedis, & vigintiquinque Abbreuiatorum, necnon verorum commenſalium noſtrorum, & aliorum vigintiquatuor Capellanorum Sedis eiuſdem in Epitaphio deſcriptorum) & etiam Legatorum ſeu Collectorum, ac in terris Romanæ Eccleſiæ Rectorum, ac Theſaurariorum deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel deputandorum, aut mittendorum inpoſterum nunc vacantia, & inanteà vacatura, vbicunque dictos legatos vel collectores, ſeu Rectores, & Theſaurarios, antequam ad Romanam Curiam rediuerint, ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis; necnon quorumlibet pro quibuſcunq; negotijs ad Rom. Curiam venientium, ſeu etiam recedentium, ab eadem, ſi in locis à dicta Curia vltra duas diætas legales non diſtantibus, iam forſan obierint, vel eos inantea ab hac luce tranſire contigerit, & etiam ſimili modo quorumcumque Curialium peregrinationis, infirmitatis, ſeu recreationis, vel alia quacunque cauſa ad quæuis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad dictā Curiā redierint in locis vltra duas diętas ab eadem Curia, vt premittitur non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem) iam forſan deceſſerint, vel in poſterum 4
eos continget de medio ſubmoueri, & nunc per obitum huiuſmodi vacantia, vel inpoſterum vacatura: Rurſus Monaſteria, Prioratus, dignitates, Perſonatus, Decanatus, Adminiſtrationes, Officia;

Officia, Canonicatus, Præbendas, & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, ſecularia, & Regularia, cum cura, vel ſine cura, quæcumque, & qualiacunque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueuerint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quamuis alium modum aſſumi, quæ promoti per nos, ſeu authoritate noſtra ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum, nunc quocunque modo vacantia aut in poſterum vacatura: Nec non etiam per aſſecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, Perſonatuum, Officiorum, Canonicatuum, Præbendarum, Eccleſiarum, aut beneficiorum, aliorum per nos, ſeu authoritate noſtrarum litterarum immediatè collatorum, ſeu conferendorum in poſterum, præterquam ſi virtute gratiæ Expectatiuæ aſſecutio fiet, nunc vacantia & inantea vacantia, plena ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta, Ordinationi & Prouiſioni noſtræ de ipſorum fratrum conſilio, authoritate Apoſtolica reſeruamus. Decernentes ex nunc irritum
5 & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis & eorum quolibet, per quoſcunque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Item placet nobis, quod in Metropolitanis & Cathedralibus, etiam immediatè non ſubjectis Eccleſijs. & in Monaſterijs immediatè ſubjectis Sedi Apoſtolicæ, fiant electiones canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus fœlic. record. Nicolai
6 Papę III. quæ incipit cupientes, expectabimus, & elapſo dicto
a] tempore ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ, minus canonicæ fuerint, prouidebimus, & ſi Canonicæ fuerint, eas confirmabimus,
7 niſi ex rationabili & euidenti cauſa, ac de dictorum fratrum conſilio,
b de digniori, & vtiliori perſona duxerimus prouidendum, prouiſo quòd Confirmati prædicti, & per nos Metropolitanis ſuis, & alijs præſtent debita iuramenta, & alia ad quæ de iure tenentur. Et in Monaſterijs dictæ Sedi non immediatè ſubjectis, & alijs Regularibus Beneficijs, ſuper quibus pro Confirmatione, vel prouiſione, ad dictam Sedem non conſueuit haberi recurſus, electi ſeu illi quibus prouidendum eſt pro Confirmatione & prouiſione huiuſmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur: Ipſaque regularia beneficia ſub

Expecta-

Expectatiuis gratijs non cadant. Vbi autem pro Monaſterijs ad dictam Curiam venire, ſeu mittere conſueuerint, non aliter confirmabimus, vel prouidebimus quàm ſuperius de Cathedralibus Eccleſijs eſt expreſſum. Et de Monaſterijs Monialium non diſpone- 8
mus niſi ſint exempta, & tunc per Commiſſionem ad partes. De Cæteris verò dignitatibus, & Beneficijs quibuſcunque Secularibus, & Regularibus vacaturis, vltrà reſeruationes prædictas (Majo- 9
ribus dignitatibus poſt Pontificales in Cathedralibus, & Principalibus in Collegiatis Eccleſijs, exceptis, de quibus jure ordinario prouidetur per illos inferiores, & ad quos alias pertinet) Placet etiam nobis quod per quãcumque aliam reſeruationem, gratiam Expectatiuam, aut quamuis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per nos vel authoritate noſtra factam, vel faciendam, non impediemus nos quo minus de illis, cùm vacabunt de Febura- 10
rij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris & Decembris menſibus, liberè diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinebat, reſeruatione aliavè quauis diſpoſitione authoritate noſtra factis, vel faciendis, no- 11
nobſtantibus quibuſcunque. Quoties verè aliquo vacante beneficio.
in Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris & Nouembris menſi- 12
bus ſpecialiter diſpoſitioni dictæ Sedis c non apparuerit intra tres c
menſes à die notæ vacationis in loco Beneficij, quod alicui de illo Apoſtolica authoritate prouiſum fuerit, ex tunc & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius, diſpoſitio pertinebit, de illo liberè diſponere poterit. Et ad finem vt hæc Ordinatio collationum Beneficiorum, non reſeruatorum, per alternos menſes poſſit per dictam nationem publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quoad dictam
Sedem à Kalendis Iunij proximè futuris ipſa currere incipiet, & du- 13
rabit deinceps, niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum. Placet ſimiliter nobis, quòd circa prouiſionem dictæ Sedis ordinandam d modus annatarum hon modo cur- d
rat. De Eccleſijs Cathedralibus omnibus, & Monaſterijs virorum dumtaxat vacantibus, & vacaturis ſoluantur de fructibus primi anni à die vacationis, ſummę pecuniarum in libris Cameræ Apoſt. taxatæ, quæ communia ſeruitia nuncupantur: Et ſi quæ exceſſiuè

taxatæ, ſint retaxentur, & quod prouideatur in grauatis regioni-
bus, ſecundùm qualitatem rerum, temporum, & regionum ne
nimium prægrauentur: ad quod petentibus dabimus Commiſſa-
rios in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem
prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis pa-
cificæ totius, vel majoris partis, ſoluantur: & pro alia media par-
te infra annum ſequentem. Et ſi infra annum bis vel pluries vaca-
14 uerint, ſemel tantùm ſoluantur, nec debitum hujuſmodi in ſuc-
ceſſorem in Eccleſia, vel Monaſterio tranſeat. De cæteris verò
Dignitatibus, Perſonatibus, Officijs, & Beneficijs ſecularibus, &
regularibus quibuſcumque; quæ authoritate dictæ Sedis conferen-
tur, vel de quibus prouidebitur (præterquam vigore gratiarum Ex-
pectatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluantur Annatæ, ſeu
medij fructus iuxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis infra an-
num, & debitum huiuſmodi ſimiliter in ſucceſſorem in Benefi-
cio non tranſeat. Sed de Beneficijs quæ valorem viginti quatuor
florenorum auri de Camera non excedunt, nihil ſoluatur: Duret-
que hæc obſeruantia deinceps niſi eam ſimiliter in futuro Concilio
de ipſius nationis conſenſu contingat immutari. In alijs autem quæ
per fœl. record. Eugenium Papam IV. etiam Prædeceſſorem no-
ſtrum, pro dicta Natione vſque ad tempus futuri generalis Conci-
lij permiſſa, conceſſa, indulta, & decreta, ac per nos confirma-
ta fuerunt, in quantum illa Corcordiæ præſenti non obuiant, iſta
vice nihil volumus eſſe immutatum. Et per hoc quod in Concor-
datis huiuſmodi ſine quibuſuis alijs eorum occaſione conficiendis
litteris propter compendioſiorem deſcriptionem Alemania ſpecia-
liter appellatur, Natio ipſa cenſeri non debet à Germanica natione
diſtincta ſeu quomodolibet ſeparata. Et præterea, quia difficile fo-
ret præſentes litteras ad ſingula, in quibus de eis forſan fides facien-
da fuerit, loco deferri, eadem Apoſtolica authoritate decernimus,
quod ipſarũ tranſumpto Metropolitanorum dictæ nationis ſigillo
munito tanquam præſentibus, ſi exhiberentur, litteris plena fides
adhibeatur, & perinde ſtetur, ac ſi dictæ præſentes litteræ forent
exhibitæ, vel oſtenſæ Et inſuper quoque irritum, ac inane ſi ſecus
ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter con-
tigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

noſtrę

noſtræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, commutationis, reſeruationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicę milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo: Decimo-quarto Kalend. Aprilis. Pontific. noſtri anno ſecundo. Sumptum ex Regiſtro Bullarum Nicolai Papę V. lib. 2. ſecretorum fol. 283. & collat. concordat.

Nunc ad propoſitam quęſtionem, an hiſce Concordatis S. Pontifex derogare poſſit? Decumani ſunt inter iuris tum Pontificij, tum ciuilis Doctores controuerſiarum fluctus, adeò vt Delio natatore in hac quæſtione opus videatur. Nihilominus ſub cenſura peritiorum paucis edicam meum ſenſum. Quod derogari non poſſint, dubitationem mouet, primo quod quando conſtitutio tranſit in contractum reuocari non poteſt in præiudicium eorum quibus ius ex ea quęſitum eſt, *Bart. in l. qui. C. de Excuſ. num. lib.* 10. *Rom. conſ. 2. incip. quæritur, col.* 3 quia nihil eſt quod ampliore luce pręfulgeat; quàm recta fides in Principe, *l. inter claras, C. de Summa Trinit. quare latius ſcripſi in libris politic. Aphoriſm.* At qui Concordata habent vim pacti, & robur decreti irritantis, quod ligat etiam ipſum Papam ex multorum ſententia, inter quos Hieron Gonzalez *ad Reg. de Alternat.* §. 67. Gomeſ. *ad Reg. Cancell.* Anaſt. Germon. *de Indult. Cardin.* Secundò, quia etiam Princeps contrahendo obligatur ciuiliter & naturaliter, *Reſtaurus tract. de Imp. quæſt.* 114. id quod latius proſequitur Eraſmus à Chokier frater meus *in ſuo tract. de Juriſd. ordin. in Exempt. part* 3. *quæſt.* 1. maximè cum non ſubdito, *eleganter Iaſon conſ.* 1. *num.* 1. *vol.* 1. *ibi late*, Nam in contractibus Princeps conſideratur vt priuatus, qui à principio contrahere poteſt vel non, ſed iam initum obſeruare tenetur ſicut & priuatus, *text. in lib. ſicut, C. de obligat. & act.* Nam ſi eſſet in arbitrio Principis contractum factum infringere, nullus cum eo contrahere vellet, & commercio hominum careret contrahendo, quod eſſet abſurdum, vt qui eſt Princeps omnium, commercio omnium careret, & qui eſt omnium Pręſul, eſſet omnium exul, *Bald.*

in l. Princeps, ff. de legib. Rebuff. ad concordata in præfatione Rubr. de collatio. Card. Tuſchus pract. concluſ. tom. 5. concluſ. 690. Tertio, Contractus ſunt de iure gentium, cui non poteſt Princeps derogare, *cap.* 1. *de probat. & gloſ. in l.* 2. *C. de Precibus Imp. offer. l. Ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure,* & iura gentium ſunt immutabilia, *§. ſed naturalia. Inſtit. de Iure naturali gentium, & ciuili.* Concordata autem inter Nicolaum V. Pontificem Max. & Inclytam Nationem Germanicam ſunt eiuſmodi, ergo Pontifex ijs derogare non poteſt, vt nec eius ſucceſſor, quia ſucceſſor cenſetur vna, & eadem perſona cum ſuo Prædeceſſore, *Authent. de iureiur. à morien. præſt. col.* 4. *cap.* 1. *ibi Prædeceſſores tuos de Probat. pulchrè, & latè Iaſ. conſ.* 1. *vol.* 1. maximè propter clauſulam decreti irritantis, qua ſic li-
1 gantur manus Papę vt quidam exiſtimant, quod in contrarium per eum acta nihil valeant, *cap. quodam, & ibi Domin. de Præben. in* 6. *Wameſ. conſ.* 32. *num* 12. *& ſeqq. vol.* 1.

His nihilominus nonobſtantibus, reſoluendum eſt ſummum Pontificem poſſe ex iuſta cauſa derogare Concordatis Nationis Germanicę, vt aliàs multifariam, & nuper geminatis vicibus reſoluit Rota *in vna Tungren. Canonicatus pro Domino Quirino Bilſtain, anno* 1612. & alias ſępius, probatque hanc ſententiam Dominus Wameſ. *conſ.* 251 *vol* 1. Brand. *ad Concord. Germ. quæſt.* 8. alijque permulti. Non obſtant in contrarium adducta, ſcilicet Principem non poſſe reuocare conſtitutionem à ſe factam, quę abijt in contractum, quia hoc verum eſt ſine iuſta cauſa, vt multis authoritatibus probat Gabrielius, *tract. com. concluſ. concluſ.* 6. *num.* 5. Quę autem dicatur iuſta cauſa, conſule Iaſonem *conſ.* 1. *num.* 6. *vol.* 1. & ea quę infra dicentur. Neque etiam officit decretum irritans, quia non ligat Papam, cum non dicat *Per nos & ſucceſſores noſtros*, vt fuit reſolutum in vna Meteñ. & Leodieñ. Canonicatus, coram Ill.mo Cardinale Lancelloto tunc Rotę auditore. Secundò, quia quemadmodum Papa ligare ſibi manus non poteſt, *cap. fin. ibi gloſ. de Reſcript. in* 6. *cap. inuotuit, de Electio.* ita etiam nec Papa Papam ligare poteſt, *d. cap. fin. Nauar. conſ.* 2. *num.* 9. *Qui filij ſint legitimi.* Ac licet iſtud limitetur niſi conceſſum prædeceſſoris tranſiuerit in vim pacti vel contractus, vt accidit in concordatis *Mohed. deciſ.* 233. quem citat Simonetta *tract. de Reſeruat. quæſt.* 99. *num.* 26. atta-

men

men ſucceſſoribus Pontificibus licuit ſemper ex iuſta cauſſa illis derogare, vt puta ex iuſta cauſſa præterita, vel ſuperuenienti ab ipſo ignorata tempore factæ conceſsionis, *text. in l. hominem, ff. de mandato, quem ad hoc multum ibi notandum monet Bart. & in l. Ambitioſa in pr. 4. col. ff. de decretis ab ordine fac. Iaſ. d. conſ. 1. num. 6. Tiraq. in repet. ſi vnquam in Præfat. num. 166. cap. quinta vallis, ibi DD. de Iureiur. Card. Tuſchus Pract. concluſ. 751 num. 46. Wameſ. conſ 300. num.* 4. Nam in omni diſpoſitione & priuilegio tacitè ineſt clauſula REBVS SIC STANTIBUS, *late Tiraq. in l. ſi vnquam in Præfat. num.* 162. Clauſula enim REBVS SIC STANTIBUS, ſemper intelligitur in contractibus etiam iuratis, *Guiterez conſ.* 12. *num.* 29. Confirmatur, quia in omni promiſsione prædicta clauſula ſemper intelligitur teſte Seneca, *lib.* 4. *de beneſ. cap.* 34. vbi fidem dictis ſeruari vult, ſi nihil inciderit quod impediat: demens eſt enim, qui fidem præſtat errori. Idem ſentit Bart *in l. fin. §. item quæſitus ff. de cond. indebiti.* Quæ ratio etiam in omnibus priuilegijs, & quibuſcunque humanis actibus locum obtinet, *Celſus Hugo tract. de clauſ. num.* 244. Tertiò, niſi interuenerit aliqua cauſa inconſiderata de qua à partibus nihil veriſimiliter eſſet agitatum, *c. cum inter P. de renunciat. Vincent. Carocius de iuram. litis deciſ. quæſt. 5. 9. in princip. num.* 40. *& ſeqq.* Intereà aduertendum eſt, quod niſi in ſuis conceſſionibus, Indultis, & gratijs expreſsè deroget vt hic fecit, nunquam cenſetur in aliquo velle præiudicare: quia difficilius tollit Papa Conſtitutiones Prædeceſſoris, præſertim quæ in contractum abierunt, quàm ſtatuta inferiorum, *Lud. Rom. conſ 327. incip. Iſtæ ſunt*, Vnde preclarè B. Leo inquit *in cap. Iuſtitiæ* 23. *quæſt.* 1. Iuſtitię ac rationis ordo ſuadet, vt qui à ſucceſſoribus ſua Mandata ſeruari deſiderat, deceſſoris ſui procul dubio voluntatem, ac ſtatuta cuſtodiat: Maximè quando eiuſmodi pacta non tam ſub nomine deceſſoris, quàm dignitatis concepta ſunt, *cap. quoniam Abbas de off. de leg. Rebuff. ad Concord. Rubr. de collationibus.* Atque hac ratione motus S. D. N. Paulus Papa V. in vna Paderborn. Canonicatus, dum intellexit clauſulam Concordatorum derogatoriam prouiſioni ſæu inſertam, eandem declarauit irrepſiſſe per inaduertentiam. Similiter in gratia Motus proprij conceſſa Domino Richardo Pauli Strauio, declarauit nec ſuam nec prædeceſſoris ſui mentem fuiſſe

 derogare

Indultum, Rebuff. in Concord. Rubr. de collatio verſ. item quando priuilegium.

Ac per[10] modvm pacti :) Hæc clauſula fuit appoſita ideo, quod etiam ſi vltima derogatio alicuius gratiæ quamuis generalis, etiam per viam legis generalis tollat omnes derogationes præcedentes, nihilominus non tollit priuilegia, quæ tranſierunt in vim pacti, & contractus, & ſic ſunt obtenta ex titulo oneroſo, vt in Concordatis, quia nunquam eſt præſumendum quod huiuſmodi priuilegia violentur, *Creſcent. deciſ. 2. & 5. de priuileg. Mohed. deciſ. 23. in fi. de Præbend. Gonzalez ad Reg. de Alternat. gloſ. 36. num 36.*

Ex tvnc) Dictio *Ex tunc* extremitatem temporis ſignificat, *Cap. paſtoralis, iuncta glo. in verb. ex tunc, quæ exponit post terminum ſtatutum à Iudice & finitum, C. perſonis vbi gloſſa fi. exponit ex tunc 1. poſt terminum elapſum, &c. ſuper eo. vbi etiam Abb ante num. 12. de appel. c. quam ſit, iunct. glo. in ver. Ex tunc. &c. cupientes vbi glo. declarat ex tunc id eſt elapſo prædicto menſe, de Electio. lib. 6 cap. Inſuper, & ibi glo. in ver. Ex tunc, de appel. eo lib. Clem. 2 iunc. glo. in ver. Ex tunc, quæ ſupplet ſcilicet anno elapſo de ætat. & qual. clem. 1. vbi gloſ. in ver. Ex tunc declarat, id eſt lapſo termino, de iurepat cap. licet ante fi. ibi, ſciturus, Ex tunc anathematis te vinculo ſubiacere, de voto.*

Aliisqve efficacioribvs, efficaciſſimis, et insolitis clavsvlis) Quatenus hoc indultum loquitur de fortioribus & efficaciſsimis clauſulis poteſt poni exemplum, quod adducit Paulus Caſtrenſis *conſ. 278. lib. 1.* & in caſu conſilij *Iaſ. 121. vol. 4. num. 15.* & Gozad. *conſ. 9.* Quatenus verò loquitur de clauſulis inſolitis, aduerte quod quamuis derogatio clauſularum inſolitarum ſit ampliſsima, tamen non excedit terminos derogationis ſpecialis, vt reſoluit Rota *deciſ. 468. num. fin. part. 1. diuerſ.*

Ac si non aliter) Atque ita hæc clauſula non obſtabit quominus Iudex iudicet ſecundum deſiderium Preciſtæ: nam alioqui citra derogationem hujus clauſulæ videretur Iudicem manus ligatas habere, quippe quod clauſula *Sublata*, non ſolùm obſtat parti ſed etiam Iudici, maximè cum habet clauſulam quod de ſubreptione, & obreptione dari non poſsit, *Seraph. deciſ. 1020. & deciſ. 351. num. 1.*

Ideoque ſubſiſtet Ordinarij collatio, quod intellige dummodo hanc collationem præceſſerit dicta nominatio, ſeu Preciſtę renunciatio: nam ſecus eſſet ſi ſequeretur: neque enim tum prouiſus tutus eſſet ſine noua collatione, *cap. pen. de præbend. in 6 Guimer. ad Pragm. ſanct. tit. de collatio. verb. Irritum, pag. 67. Rebuff ad Concordata, Rubr. de collatio. §. ſi quis verò, §. Tertiò infertur.* Sed quid ſi è contrario Nominatus ſiue Preciſta ſemel acceptauerit, & poſtea renunciet, an Ordinarius nouis Precibus grauari poterit? Nequaquam: quia nominatio iam eſt ſortita effectum, *Rota deciſ. 22 incip. nota quod vbi Ordinarius, in Antiq. Fely in cap. Innouamus col. 2. not. 5. de Treuga*, quâ de re diximus alibi latiùs.

Aduerte etiam quod hęc clauſula cenſetur etiam repetita in omnibus articulis hujus indulti, vt patet ibi, *Super præmiſſis omnibus & ſingulis &c.*

ADDITIONES.

Q*Væ incipit Cupientes*, cap. 16. de elect. in 6.
De dictorum fratrum conſilio, An ſummus Pontifex abſque Car a
dinalium conſilio ardua negotia perficere valeat, quà de re magna videtur b
altercatio inter DD. *Felyn. in rubri X. de conſtit. num 2.* Nam ſi abſque Car- 17
dinalium Conſilio ſeu conſenſu non poſſet, non haberet liberam poteſtatem, 18
quam tamen liberam Chriſtus per traditionem clauium conceſſit, *Alciat. in* 19
l. placet rationabilis conſilij 2. C. de Sacroſ. Eccleſ. Et quando Papa dicitur in factis 20
arduis debere requirere, maximè conſilium ſuorum fratrum, illud procedit
de honeſtate, non de neceſſitate, quia Papa habet liberam poteſtatem ſolus, & poteſt tollere determinationem concilij, *Ioannes de Vanquel. in breuiat. decret. Sexti in cap. ad Apoſtolicæ conclus. 1.* Hinc omnibus conſilijs ſemper ineſt clauſula, vt in omnibus ſalua ſemper authoritas Sedis Apoſtolicæ ſit, & eſſe intelligatur. *Concil. Trident. ſeſſ. 7. in prin. & ſeſſ. 25 cap. 21. de reformat.* De qua materia elegantiſſimè *Card. Paleotus de Sacri Conſiſtorij conſultation. part. 1 quæſt. 3 art. 1 & ſeqq. & ſignanter art. 6.*
Non apparuerit intra tres menſes, Notandum tamen interueniente c
eiuſmodi temporis lapſu non excludi concurrentiam, quominus lapſis dictis 21
tribus menſibus ſummus Pontifex conferat beneficium, cuius collationis dies, ſi prior ſit collatione ordinarij, dubium non eſt quin à Pontifice prouiſus, prouiſum ab ordinario rectè excludat, vt ſcripſi ad Reg. 8. Cancellariæ *Gloſſ. 11 num. 5.*

derogare Concordatis nationis Germanicæ deputatione Coadiutoriæ Lamberti Gilkens, pro Domino Quirino Bilſtain, cum derogatione Concordatorum. Creditur enim Papæ non ſolùm atteſtanti de ſua, ſed etiam de ſui Prædeceſſoris voluntate, *Alex. conſ.* 112. *col.* 1. *vol.* 1. & *conſ.* 15. *col.* 2. *Rota in antiq. deciſ.* 197. *infrà Iaſ. conſ.* 65. *vol.* 3. *Gabriel. tract. com. concluſ. lib.* 1 *concluſ.* 2. Hinc factum vt idem S. D. N. reuocauerit derogationem dictorum Concordatorum prius factam cum extinctione litis, cuius gratiæ motus Proprij totam ſeriem inſerui in Commentarijs ad Reg. VIII. Cancellariæ *gloſ.* 11.

ET REGVLIS NOSTRIS, AC DICTÆ CANCELLARIÆ) de his clauſulis identidem ſupra egimus, ideoque ex ſuperuacuo eſſet labore de iiſdem rurſus tractare.

EXPECTATIVIS SPECIALIBVS &c.) Etiam diximus ſupra, huiuſmodi Expectatiuas ex aula eliminatas: tamen poſſit S, D. N. ſi illi placeat, cui nihil iniuſti placet, viris de S. Sede benemeritis concedere, nam in omni conſtitutione ſemper excipiuntur perſonæ ſpeciali nota dignæ.

MOTV PROPRIO ET EX CERTA SCIENTIA) Diſcrimen inter vtramque hanc clauſulam ſupra adnotaui. Qui diuerſos illorum effectus videre volet, videat Rebuff. *in forma mand. Apoſt. in gloſ. verbi Habentes motu proprio, vbi ponit* 47. *effectus motus proprij*, & Anaſt. Germon. *de Indult. Card.* §. *nos itaq;* & §. *Sed ex certa.* Staphil. *de litt. grat. tit. de vi & effectu clauſul.* Mandoſ. *ad Reg.* 17. *quæſt.* 8. *num.* 6. & *Reg.* 16. *quæſt.* 7. Wameſ. *conſ.* 64. *num.* 2.

DEROGATORIARVM DEROGATORIIS &c.) Iſtæ Clauſulæ quæ ſequuntur ſunt vrgentiſſimæ, & validiſſimæ, adeò vt ex quibuslibet cauſis, & alijs clauſulis derogatorijs non cenſetur derogatum huic Indulto Cęſareo propter illius prægnantiſſimas clauſulas, & quòd ſit conceſſum Cæſari ſiue illius Agenti tempore præſtitæ obedientiæ S. Sedi, quo caſu per aliud priuilegium non cenſetur reuocatum. *Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gl.* 9. §. 2. *num.* 35. 36. & 37. vt priuilegium quod conceditur in remunerationem laborum quia iſtud eſt irreuocabile *Romanus conſ.* 436. *incip. quod Indultum,*

Indultum, *Rebuff. in Concord. Rubr. de collatio verſ. item quando priuilegium.*

AC PER[10] MODVM PACTI :) Hæc clauſula fuit appoſita ideo, quod etiam ſi vltima derogatio alicuius gratiæ quamuis generalis, etiam per viam legis generalis tollat omnes derogationes præcedentes, nihilominus non tollit priuilegia, quæ tranſierunt in vim pacti, & contractus, & ſic ſunt obtenta ex titulo oneroſo, vt in Concordatis, quia nunquam eſt præſumendum quod huiuſmodi priuilegia violentur, *Creſcent. deciſ. 2. & 5. de priuileg. Mohed. deciſ. 23. in fi. de Præbend. Gonzalez ad Reg. de Alternat. gloſ. 36. num 36.*

EX TVNC) Dictio *Ex tunc* extremitatem temporis ſignificat, *Cap. paſtoralis, iuncta glo. in verb. ex tunc, quæ exponit poſt terminum ſtatutum à Iudice & finitum, C. perſonis vbi gloſſa fi. exponit ex tunc 1. poſt terminum elapſum, &c. ſuper eo. vbi etiam Abb ante num. 12. de appel. c. quam ſit, iunct. glo. in ver. Ex tunc. &c. cupientes vbi glo. declarat ex tunc id eſt elapſo prædicto menſe, de Electio. lib. 6 cap. Inſuper, & ibi glo. in ver. Ex tunc, de appel. eo lib. Clem. 2 iunc. glo. in ver. Ex tunc, quæ ſupplet ſcilicet anno elapſo de ætat. & qual. clem. 1. vbi gloſ. in ver. Ex tunc declarat, id eſt lapſo termino, de iurepat cap. licet ante fi. ibi, ſciturus, Ex tunc anathematis te vinculo ſubiacere, de voto.*

ALIISQVE EFFICACIORIBVS, EFFICACISSIMIS, ET INSOLITIS CLAVSVLIS) Quatenus hoc indultum loquitur de fortioribus & efficaciſsimis clauſulis poteſt poni exemplum quod adducit Paulus Caſtrenſis *conſ. 278. lib. 1.* & in caſu conſilij *Iaſ. 121. vol. 4. num. 15.* & Gozad. *conſ. 9.* Quatenus verò loquitur de clauſulis inſolitis, aduerte quod quamuis derogatio clauſularum inſolitarum ſit ampliſsima, tamen non excedit terminos derogationis ſpecialis, vt reſoluit Rota *deciſ. 468. num. fin. part. 1. diuerſ.*

AC SI NON ALITER) Atque ita hæc clauſula non obſtabit quominus Iudex iudicet ſecundum deſiderium Preciſtæ: nam alioqui citra derogationem hujus clauſulæ videretur Iudicem manus ligatas habere, quippe quod clauſula *Sublata*, non ſolùm obſtat parti ſed etiam Iudici, maximè cum habet clauſulam quod de ſubreptione, & obreptione dari non poſsit, *Seraph. deciſ. 1020. & deciſ. 351. num. 1.*

351. *num.* 1. qualis in hoc Indulto habetur.

Omnivm illorvm tenores :) Hæc clauſula in derogationibus facit in infinitæ derogationes de ſtylo Rotæ remaneant inefficaces, quæ aliàs eſſent efficaces, *Gozad conſtit. 9. num. 27. & ſeq.* nullius tamen erit roboris quoties Papa ſi ſciuiſſet defectus non ita reſcripſiſſet, *Seraph. deciſ.* 981. *num.* 2. Denique aduerte, hanc clauſulam eundem producere effectum, ac ſi ſpecialis, expreſſa, & indiuidua mentio facta fuerit, quod hactenus verum eſt ſi in Reſcripto, ſeu Priuilegio, ſeu Indulto, derogante, facta ſit ſaltem aliqua mentio Reſcripti, Priuilegij, ſeu Indulti, clauſulam derogatoriam ad futura habentis, quæ per contraria derogantur, *Anaſt. Germon tract. de Indult. Cardin. §. ac irritum. num.* 14. *Capuaquen. deciſ.* 121 *pa* 1.

Avt intentionis defectv) Hæc clauſula eſt ei tam valdè potens, quia operatur vt non ſit neceſſaria mentio iuris tertij. *Seraph. deciſ* 351 *num.* 31.

Irritvm ac inane) Hæc clauſula reddit nullum, & infectum, quidquid fuerit attentatum, *cap ad petitionem. de accuſatio. Abb in cap. cæterum, de Reſcript. & alij quos allegat Celſus Hugo tract. de clauſ. num.* 127 ligatque ignorantes, dummodo tamen diſpoſitio cui adijcitur, eſt certa & determinata, *Farinacius deciſ* 608. *num.* 13. *parte* 1. *Anaſt. Germon. de Indult. Card. §. alioquin. num.* 18. & eſt tam malignæ, & peſtiferæ naturæ quod quidquid in oppoſitum inuenit, deſtruat vt fulgur. *Gonzalez ad Reg de Alternat. glo.* 67. *num* 14. & eſt potentior reſeruatione, & inhibitione, *gloſ. in cap. ſi eo tempore* 45. *verbo prouiſionem, de Electio in* 6. Sed quid ſi Preciſta nolit vti nominatione ſua, vel ei renunciet, an Ordinarij collatio facta ſubſiſtat non obſtante dicta clauſula? dicendum ſubſiſtere: quia licet in quocunque reſcripto appoſita ſit clauſula hæc
e Decreti irritantis, ſemper tamen intelligitur conditio: ſi impe-
16 trans vti velit ea gratia, *Io. Mona. h. in cap. Statutum. de præbend in* 6. *fa. L. proinde. §. fin. ſi cert. pet.* Vbi licet mortuo teſtatore dominium rei legatæ, recta via tranſeat ad Legatarium, tamen ſi Legatarius repudiat, fingitur non tranſiſſe, ſimiliter repudiata nominatione, aut declaratione facta per Preciſtam, quòd nolit vi precibus, ſeu nominatione ſua, fingitur tanquam ſi non eſſet nominatus.

Ideoque ſubſiſtet Ordinarij collatio, quod intellige dummodo hanc collationem præceſſerit dicta nominatio, ſeu Preciſtę renunciatio: nam ſecus eſſet ſi ſequeretur: neque enim tum prouiſus tutus eſſet ſine noua collatione, *cap. pen. de præl end. in* 6 *Guimer. ad Pragm. ſanct. tit. de collatio. verb. Irritum*, *pag.* 67. *Rebuff ad Concordata, Rubr. de collatio. §. ſi quis verò*, *§. Tertiò infertur.* Sed quid ſi è contrario Nominatus ſiue Preciſta ſemel acceptauerit, & poſtea renunciet, an Ordinarius nouis Precibus grauari poterit? Nequaquam: quia nominatio iam eſt ſortita effectum, *Rota deciſ.* 22 *incip. nota quod vbi Ordinarius*, *in Antiq. Fely in cap. Innouamus col.* 2. *not.* 5. *de Treuga*, quâ de re diximus alibi latiùs.

Aduerte etiam quod hęc clauſula cenſetur etiam repetita in omnibus articulis hujus indulti, vt patet ibi, *Super præmiſſis omnibus & ſingulis &c.*

ADDITIONES.

Q*Væ incipit Cupientes*, cap. 16. de elect. in 6.

De dictorum fratrum conſilio, An ſummus Pontifex abſque Cardinalium conſilio ardua negotia perficere valeat, quâ de re magna videtur altercatio inter DD. *Felyn. in rubri X. de conſtit. num* 2. Nam ſi abſque Cardinalium Conſilio ſeu conſenſu non poſſet, non haberet liberam poteſtatem, quam tamen liberam Chriſtus per traditionem clauium conceſſit, *Alciat. in l. placet rationabilis conſilij* 2. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Et quando Papa dicitur in factis arduis debere requirere, maximè conſilium ſuorum fratrum, illud procedit de honeſtate, non de neceſſitate, quia Papa habet liberam poteſtatem ſolus, & poteſt tollere determinationem concilij, *Ioannes de Vanquel. in breuiat. decret Sexti in cap. ad Apoſtolicæ concluſ.* 1. Hinc omnibus conſilijs ſemper ineſt clauſula, vt in omnibus ſalua ſemper authoritas Sedis Apoſtolicæ ſit, & eſſe intelligatur. *Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *in prin. & ſeſſ.* 25 *cap.* 21. *de reformat.* De qua materia elegantiſſimè *Card. Paleotus de Sacri Conſiſtorij conſultation. part.* 1 *quæſt.* 3 *art.* 1. *& ſeqq. & ſignanter art.* 6. a b 17 18 19 20

Non apparuerit intra tres menſes, Notandum tamen interueniente eiuſmodi temporis lapſu non excludi concurrentiam, quominus lapſis dictis tribus menſibus ſummus Pontifex conferat beneficium, cuius collationis dies, ſi prior ſit collatione ordinarij, dubium non eſt quin à Pontifice prouiſus, prouiſum ab ordinario rectè excludat, vt ſcripſi ad Reg. 8. Cancellariæ *Gloſſ.* 11 *num.* 5. c 21

num. 5. Quæ opinio firmatur in conſtitutione Gregorij XIII. declaratoria, quod Ordinarij collatores prætextu litterarum Nicolai V. pro concordia nationis Germanicæ conferre non poſſint beneficia poſt tres menſes, ſi de illis intrà hoc tempus à Sede Apoſtolica prouiſum ſit, quæ conſtitutio habetur in Bullario conſtitutionum Pij IIII. Pij V. & Gregorij.XIII pag. mihi 379. incipit.

22 Quæ in Eccleſiam Dei incommoda inferunt noſtra nos expedit animad-verſione mouere, cùm itaque per litteras fæl. record. Nicolai Papæ V. nationi Germanicæ pro illius vnitate, & concordia cum Sede Apoſtolica intèr alia concedatur, vt quoties aliquo vacante Beneficio Eccleſiaſtico, in menſibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, in quibus vacantium Germaniæ Beneficiorum Eccleſiaſticorum, diſpoſitio dictæ Sedi ſpecialiter reſeruata eſt, non apparuerit intrà tres menſes à die notæ vacationis in loco Beneficij, quod alicui de illo Apoſtolica authoritate prouiſum fuerit ex tunc, & non antea ordinarius, vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinet, de illo diſponere poſſit, & ſæpè numero contingat vt antequam inquiſitio, quam plerumque etiam in concurſu plurium, ſiue in partibus, ſiue apud dictam Sedem fieri oportet in vitam, mores & doctrinam eorum quibus de dictis Beneficijs per eandem Sedem prouidendum eſt compleri poſſit, aut antequam de ipſis prouiſionibus, ſeu de mandatis, quæ ad inquiſitiones, & prouiſiones huiuſmodi faciendas ab eadem Sede impetrantur, vel motu proprio procedunt litteræ Apoſtolicæ conficiantur, vel etiam antequam mandata ipſa à Iudicibus, ad quos directa ſunt recipiantur, vel recepta expediantur, interdum quoque litteris Apoſtolicis expeditis, & gratiâ purificatâ, ſeu mandatis prædictis receptis, & inquiſitione completâ, antequam omnimoda executio perficiatur, propter diuerſa impedimenta, quæ frequenter ſuccedunt tempus trium menſium, ex quo vacatio Beneficij in loco ipſius nota eſt, expiret, ac proinde Ordinarij locorum, aut alij ad quos talium Beneficiorum diſpoſitio, ceſſantibus Apoſtolicis reſeruationibus pertinet, lapſo tempore prædicto, licet priuſquam illud laberetur prouiſionis, ſiue alterius diſpoſitionis de illis à dicta Sede iam gratia facta fuerit (quod ipſum ad tribuendum et quærendum ius ſatis, ſuperque eſſe certa iuris interpretatione frequenter declaratum eſt) illa tamen conferre contendant, qua de cauſa multis religione, & pietate inſignibus, quando ij poſt oſtenſum virtutis & doctrinæ ſuæ ſpecimen, atque inde emenſos labores, & ſumptus Beneficijs potiri deberent, alij præoccupatores obtento ordinariæ collationis huiuſmodi contra aduerſantur, nos indignum rati, quod temporis mora quàm ad perſcrutandum accuratius talium probitatem induſtriam & alia requiſita intercedere, pro vtilitate Eccleſiæ neceſſe eſt locum iniurijs aperiat, attēdenteſque verba prædicta in loco Beneficij, cum verbis notę vacationis, quæ protinus antecedunt coniungi & ad illa dumtaxat referri, ac voluntatem concedentis

concedentis, ſenſumque conceſſionis, & litterarum prædictarum ſic eſſe, vt diſpoſitio Beneficij intra tres menſes à die notæ vacationis à Sede prædicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter vtriuſque iuris interpretes iam pridem controuerſa ſumma ratione iudicatum apparet, vix enim eſt, vt itineribus non modo infeſtis, aut prohibitis, quod ferè ſemper contingit, ſed etiam expeditis, quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negotium, vel pauliſper moratus, in eaſdem ſe recipere tanta temporis anguſtia poſſit quocirca æquitate, & iuſtitia ſuadentibus præſentium authoritate declaramus conceſsionem Nicolai Papæ & litteras prædictas locum omninò non habere, quod ordinarij, aut alij collatores prædicti poſt lapſum trium menſium ex die notæ vacationis in loco Beneficij diſponere poſsint de vllis Beneficijs prædictis, alias ſub conceſsione, & litteris prædictis comprehenſis extra Romanam Curiam in menſibus prædictis quoquo modo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium menſium per Romanum Pontificem, ac dictam Sedem qualiſcumque gratia, vel diſpoſitio aut conceſsio facta fuerit, ne tamen cuiquam licitum ſit, factam à Sede prædicta diſpoſitionem huiuſmodi in longum obtegere, illi quibus deinceps gratiæ huiuſmodi concedentur earum conceſsionum fidem, & teſtimonium intra tres menſes à die notæ vacationis in loco Beneficij huiuſmodi, vel dictis collatoribus ſignificare, vel in ipſo Beneficij loco publicare quoquo modo teneantur decernentes omnes, & quaſcumque diſpoſitiones de dictis Beneficijs ab eiſdem Collatoribus poſt ſignificationem, ſeu publicationem huiuſmodi pro tempore factas, nullas & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, ſicque in quibuſvis cauſis pendentibus, & futuris iudicare debere, necnon irritum & inane quidquid ſecus ſuper his, ab eiſdem Collatoribus, aut quibuſcumque alijs ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, quod ſi fortè quiſquam Collatorum prædictorum fuerit præſentium violator, eum à Beneficiorum, & Officiorum collatione tamdiu ſuſpendimus, donec ipſe veniam petens reſtitutionis gratiam à Sede predictâ meruerit obtinere. Cæterùm volumus, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſsis Notarij publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę obſignatis, eadem prorſus fides in iudicio & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi eſſent exhibitæ vel extenſæ. Nulli ergo hominum, liceat hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſuſpenſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc ei attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, Kalendas Nouembris Pontificatus, noſtri anno quinto.

Modus Annatarum, Bonifacius IX. Vt ærario publico conſuleret Cardi- 23

nalibuſque ſubueniret ad res Eccleſiæ Romanæ piè & ſanctè gerendas loco decimæ decimarum ab his qui Beneficia excedentia valorem annum XXIV. ducatorum auri de Camera à Summo Pontifice impetrarent annatam ſicut charitatiuum ſubſidium ſoluendàm ſtatuit. *Ludouicus Gomeſ ad Reg. de valor. exprimend. in præm. Gigas de penſion. quæſt. 26.* Nō eſſe verū quod refert Platina in vitâ Bonifacij IX. annatā ſcilicet inſtitutam à Ioanne XXII. & ampliatam à Bonifacio IX. ſed eius vſum antiquiſsimum, & receptum per Concil. Viennen̄. quod habitum fuit anno 1311. teſte Io. Andrea in clem. I. de cenſ. & in cap. inter cætera de offic Ordin. cùm de illa ſimiliter faciant mentionem Hoſtien̄. & dictus Io. And. qui præceſſere longo tempore Io. XXII. tradit, *Flamin. de confident Benef. quæſt. 9. num. 62. 61. & ſeqq.*

24 Et quamuis penſio non ſit Beneficium, *Card. Mant de tacit. & an.big. convent. tom 2. lib. 25. tit. 9. num. 35 poſt Gannu de permut. Beneficiorum part. 12. num. 95. & Petrum de Vbald. dict. tract. memb. 1 num 29 vide tract. meum de permut. benef. part. 2. cap. 18. num 7.* Attento interim, quod penſio conſtet ex fructibus Beneficij ex quo extrahitur eius ratione, ſolutioni annatæ obligatur, ſi penſio excedat XXIV. ſimiles ducat. auri de camera, & ita obſeruat Curia Romana.. *Gigas de penſ. dict. quæſt 26.* Uti confirmauit, *Clemens VII.* Per ſuam ſequentem conſtitutionem.

25 Cùm ſicut nobis innotuit licet ratione fructuum Beneficiorum Eccleſiaſticorum valorem annum viginti quatuor ducatorum auri, de auro communi æſtimatione non excedentium annatæ Cameræ Apoſtolicæ non debeantur, nec ſolui, aut exigi conſueuerint, & minus ratione penſionum quantitatem viginti quatuor ducatorum auri ſimilium non excedentium, annatæ aliquæ retroactis temporibus exactæ aut ſolutæ fuerint, nihilominus à certo tem-

26 pore citrà præſidentes dictæ Cameræ, & alij Officiales Romanæ Curiæ ad quos exactio annatarum pertinet ſub prætextu, quod in prouiſionibus, & alijs diſpoſitionibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſuper quorum fructibus, &c valorem viginti quatuor ducatorum excedentibus. aliquæ penſiones annuæ cuiuſcumque etiam minoris quantitatis XXIV. ducatorum reſeruatæ exiſtunt, illorum medietas deduci, ac defalcari conſueuerit, annatas ex penſionibus quantitatem octo ducatorum & XXIV. non excedentibus, aut attingentibus, de facto exegerint, & exigunt, nos qui vnicuique in Iuſtitia debitores ſumus, ſuper ijs congruis remedijs prouidere volentes, ac ratione penſionum, quarum quantitas XXIV. ducatorum auri de Camera non excedit, nullas annatas Cameræ, aut Officialibus prædictis deberi declarantes ex certa noſtra ſcientia, & deliberatione ſtatuimus, quod de cætero ex quibuſuis penſionibus quantitatem XXIV. ducatorum huiuſmodi non excedentibus, nulla annata quovis prætextu exigatur, nec per illos quibus penſiones ipſæ reſignatæ fuerint ſoluatur, neque ſolui debeat, ſic tamen quod in penſionibus, & alijs diſpoſitionibus Beneficiorum ſuper quorum fructibus

bus ſimiles penſiones annuæ minoris quantitatis XXIV ducatorum, & quantitatem XXIV. ducatorum ſimilium non excedentes reſignatæ fuerint, ex talibus penſionibus nihil deduci debeat, diſtrictius inhibentes Cameræ Præſidentibus, ac alijs Officialibus prædictis ſub excommunicationis, & à perceptione emolumentorum officiorum ſuorum ad noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum ſuſpenſionis in eorum ſingulos latæ ſententiæ pœnis, nè de cætero ratione huiuſmodi penſionum quantitatem XXIV. ducatorum non excedentium aliquas annatas quouis prætextu exigere, ſeu quominùs litteræ reſignationis illarum expediantur impedire, vel differre quoquo modo præſumant, alioquin litteras ipſas tam per Cancellariam, quàm Cameram Apoſtolicam per eos ad quos litterarum expeditio pertinet abſque manuum illorum appoſitione liberè expediri poſſe decernimus, ac ad id eis liberam facultatem concedimus.

Annata ſoluenda eſt à renunciatario, licet compoſitio, quæ ſoluitur pro penſionis impoſitione debeat ſolui ab eo cui reſeruatur, ſaltem ſi voluerit expedire litteras, ita tradit *Nauarr. de Simon. conſ. 25. num* 1. Quæ penſio, an ſalua conſcientia peti, exigi aut ſolui poſſit litteris non expeditis? negat *Flamin de conſident. Benefic. quæſt. 43. num. 13.* Conſiderato quod partium conſenſus non poſſit operari vltrà mentem Papæ, qui cenſetur gratiam facere iuxta ſtylum Cancellariæ. *Hieron. Gigas de penſ. quæſt. 34. num. 3 & 4.* 27 28

An in permutationibus locũ habeat annata; vide tract meum *de permut. Beneſi. part. 2 cap. 8.* Et dum Bulla annatæ ſolutionem requirit, Notarij Cameræ remittunt ſupplicem ad depoſitarium Pontificis, qui ſolet ſemper eſſe aliquis inſignis Bancarius, qui portionem annatæ ad Pontificem ſpectantem recipit, & de receptione fidem facit ſoluenti, ita quod ſi ſummiſta non videat participantium manus Bullæ appoſitas, eandem ad eorum reſidentiam remittit, *Octau an. veſtri. in ſua pract. lib. 1. cap. 6. num. 3.* Inde quod annata ſolui debeat omnibus participantibus in Cancellaria reſidentibus pro rata eis contingente, vt pote Iannizeris, ſeu ſollicitatoribus Apoſtolicis, Scriptoribus, archiuij Cubicularijs, Scutiferis, &c. Et ſupradicti Jannizerij tanquam publici ſollicitatores, pro fide ſui officij ſolent adijcere hęc verba: *Pro Annata ſoluit tct.* Idem *Octaui veſtri. lib. 1. cap. 4. num. 4. & 8.* 29 30 31

Hujuſmodi annatæ ſimiliter ſolui debent ſingulis quindecim annis Cameræ Apoſtolicæ de Beneficijs, Monaſterijs, Conuentibus & Collegijs vnitis de cætero non vacaturis, quæ annatæ quindennia nuncupantur. *Seraph. deciſ. 1401. num. 2. & deciſ. 1410. n.* 1. Prout tempore Pij V. ſtatutum fuit per conſtitutionem quæ hic ſubijcitur. 32

Apoſtolicæ Sedis poſcit authoritas, vt quæ prouide per Romanum Pontificem ſtatuta fuerint debitæ executioni demandentur, cùm autem ſicut accepimus, vt annatarum communium & aliorum Iurium ſemel tantùm, vel de 15. in 15. annos ob perpetuas Beneficiorum Eccleſiaſticorum vniones perſoluen- 33

 dorum

dorum, quæ alias fel. rec. Iulius III. & Paulus. IV. Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtri per eorum litteras in forma motus proprij deſuper editas ex præterito duntaxat Cameræ Apoſtolicæ applicauerunt, eò celerius, quò poterit exactio, & executio fiat, plurimum interſit, & neceſſarium exiſtat, vt tam Julij III. & Pauli IV. Prædeceſſorum litteras prędictas, quàm alias quaſcumque conſtitutiones, ſtatuta, decreta, & declarationes per recol. mem. Pium II. Paulum etiam ſecundum, Innocentium VIII. Iulium ſimiliter ſecundum, ac Iulium & Paulum Præfatos, alioſque diuerſos Rom. Pont. Prædeceſſores noſtros, contra pro tempore in Camera Apoſtolica, aut alias ratione annatarum communium, aut aliorum Iurium prædictorum ſemel tantum aut de 15. in 15. annos ſoluen. obligatos, aut alios quoſcumque Beneficia Eccleſiaſtica abſque eo quod annatas, communia, & quindennia prædicta ſoluiſſent pro tempore poſſidentes editas, & factas per nos innouentur, approbentur, & confirmentur.

Nos igitur ſingularum litterarum & cuiuſlibet motus proprij à prædictis Romanis Pont. Prædeceſſoribus noſtris, vt præfertur, quam etiam forſan à nobis hactenus emanati veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum hìc inſerti eſſent, pro plenè, & ſufficienter expreſſis & inſertis haberi volentes illas & illos, nec non omnia & quæcumque per quoſcumque Iudices, executores & Commiſſarios in illis deputatos, & ab eis ſubdelegatos, ac alios miniſtros in præmiſsis, & circa ea quomodolibet geſta, & executa reperiuntur, ac inde ſecuta quæcumque ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę Poteſtatis plenitudine approbamus, & confirmamus, ac rata, & grata habemus, nec non illis perpetuæ, & irrefragabilis firmitatis robur adijcimus, illaque inconcuſsè obſervari debere decernimus, & declaramus, omneſque & ſingulos tam iuris quàm facti, & ſolemnitatum forſan omiſſarum, & alios quoſcunque defectus, ſi qui forſan interuènerint in eiſdem & qui neceſſario exprimi deberent motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſupplemus, illaſque & illa quatenus opus ſit innovamus, & inſuper quoniam ſicut etiam nobis innotuit à nonnullis nimium ſcrupuloſis, & pluſquam oporteat ſapere contendentibus, hæſitatur an Monaſteria, quorum fructus &c. in libris Cameræ Apoſtolicę taxati reperiuntur, necnon Prioratus quorumvis ordinum, regularia, & regulares, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica quocumque titulo nuncupata, quorum fructus, reditus, & proventus in diſtributiones quotidianas convertuntur ſub litteris Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum huiuſmodi comprehendantur, nos conſiderantes quod annatarum communium, & aliorum Iurium prædictorum exactio in recognitionem vniverſalis Dominij introducta, eſt antiquiſsima, quindenniorumque vſus & ſolutio, ideo adinventi ſunt, ne Camera prædicta, ex Monaſteriorum, Prioratuum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum vnionibus, quæ amplius vacare non ſperabatur detrimentum aliquod pateretur, volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ,

ac

ac Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, necnon dil. filiorum Rom. Curiæ Officialium participantium Iura præſeruare, illorumque indemnitati conſulere ad omne dubium, omnemque diſputandi, & excipiendi occaſionem tollendum motu ſimili &c. Omnia, & ſingula Monaſteria tam ſæcularia, quàm quorumuis ordinum regularia, dummodo in libris eiuſdem Cameræ taxata reperiantur, reliqua verò Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus tam ſæculares, quàm quorumuis ordinum regulares, necnon dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, ac aliqua quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi manualia, & de Jure patronatus exiſtant, quorum fructus &c. Summam 24. ducatorum auri de Camera ſecundum æſtim. val. Annum excedant à quocumque tempore citrà etiam ante Fœl. record Martinum Papam V. ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum, & per nos & ſucceſſores noſtros, quibuſcumque Cathedralibus etiam Metropolitanis, ſeu Collegiatis Eccleſijs aut Capitularibus menſis, etiam pro quotidianis diſtributionibus, aut alijs vſibus, necnon Collegijs, Vniverſitatibus, Congregationibus, quorumvis Ordinum Monaſterijs, domibus, Hoſpitalibus, fabricis, ac vtriuſque ſexus perſonarum pijs locis, quantumvis privilegiatis & exemptis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis Apoſt. authoritate vnità ſeu alias quomodolibet, & quovis titulo obtenta, & poſſeſſa ſub litteris Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum huiuſmodi comprehendi & includi, & propter ea omnia, & ſingula Cathedralium etiam Metropolitanarum Eccleſiarumque Collegiatarum, Capitula, Congregationes, Vniverſitates, Collegia, Hoſpitalia, & pia loca, & quævis alia in quorum favorem, vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones huiuſmodi factæ reperiuntur, quantumcumque, vt præfertur exemptæ, & privilegiatæ exiſtant, etiamſi ſe ſubinde in Camera Apoſtolica non obligauerint, dummodo Monaſteria, & Beneficia ipſa poſſideant ad ſolutionem communium annatarum, & aliorum iurium prædictorum, eidem Cameræ pro tempore præterito (ſaluis Collegij & Officialum iuribus quoad futura remanentibus) ratione vnionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & ſubmiſſionum prædictorum ſingulis 15. annis à die, quâ illæ ſuum ſortitæ fuerint effectum, & alias iuxta tenorem litterarum in forma motus proprij à Iulio III. Prædeceſſore prædicto ſuper applicatione quindenniorum prædictorum eidem Cameræ facta deſuper emanatarium faciendam teneri, & obligatos eſſe, & ad id per ſententias, Cenſuras, & pœnas in ſingulis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum noſtrorum huiuſmodi litteris contentas cogi, & compelli poſſe, ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate Apoſtolica fungen. etiam Palatij noſtri cauſarum Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Venerabilem Fratrem noſtrum Hieronymum Epiſcopum Maceraten. præfatæ Cameræ Clericum, cui omnes, & ſin-

& ſin-

plurimùm mutetur, idem *Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 6. num. 34.* & conformiter *Gomeſ. ad Reg. cancel. de trien. poſſeſſ. quæſt. 53. in fin.* Proindè dum Rota recedit ab vna opinione quam aliàs fuerat amplexa, id debet inſeruire cauſis tunc pendentibus & futuris, non autem pro reuocatione earum quæ fuerunt ante terminatæ. *Far. in poſth. part. 1. deciſ. 730 num. 2. & 8.* Quæ Rota errare non dicitur auctoritatibus per *Marcheſ. in ſuo tract. de commiſſ. Apoſtol. part. 3. tit. de commiſſ. iactitationis & iactitationum. num. 23* Rationes & cauſas huiuſce mutationis refero in Epiſtola limari dedicatoria Tractatus mei ad reg. cancell. S. D. Greg. XV. Pontifici maximo anno 1621.

Decretum irritans inficit titulum & poſſeſſionem & operatur nullitatem 40
actus ab initio geſti, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum tribuat *Farinac. in poſth. part. 2. deciſ. 224. num. 3. & part. 1. deciſ. 34. num. 5.* quia inducit formam. *Mohedanus deciſ. 4. num. 2. de conceſſ. prabend.* quod procedit quando eſt
iuſtificatum, aliàs detentionem & exiſtentiam facti non tollit. *Lancellot. de* 41
attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 1. num. 8. vt fuit reſolutum in vna Parmen. Prioratus 16. Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coram R. P. Orano, & in alia Cuſentina Capellæ 26. Octobris 1601. coram Ill. Mellino. Far. in poſth. part. 2. deciſ. 224 num. 3. & ſeqq. prout & ſimiliter aliæ clauſulæ acceſſoriæ nihil operantur non ſubſiſtente
gratia principali, *Rhedoan. de rebus Eccleſiæ non alienandis quæſt. 22 num. 79. &* 42
ſeqq. quia eiuſmodi decretum irritans ſortitur naturam principalis, cui fuit appoſitum. *Farnen. ad reg. cancel. de trien. poſſeſſ. quæſt. 49 num. 11. Creſcent. deciſ. 7. num. 11. & 17. tit. de conceſſ. prabend* quos ſequitur *Card Seraphin. deciſ.*
341. num. 4. nec afficit perſonas non compræhenſas in diſpoſitione, neque 43
ignorantes quoad pœnam. *Far. in poſth parte 2. deciſ. 563. num. 7. & part. 1. deciſ. 467. num. 4 Lancell de attent. parte 2. cap. 20 limit. 24. num. 22 & 23.*

Quibus præattentis dum diſputatur an diſpoſitio decreti irritantis locum
habeat necnè, non impedit manutentionem, Idem *Far. in poſth. parte 1 deciſ.* 44
523. num. 3.

SUMMARIUM §. III. SECTIONIS V.

1. *Clauſula indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum &c. quas pœnas inducat?*
2. *Non parentes huic Indulto, collatione Beneficiorum priuantur.*
3. *Contrauentionis ordinationi ſanctæ Sedis pœna eſt arbitraria.*
4. *Contradictor iuris non comprehenditur ſub clauſula, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum nouerit ſe incurſurum.*
5. *Executio ceſſat exiſtente legitimo contradictore.*

6. *Secundus Reſignatarius non poteſt impedire immiſſionem primi.*
7. *Clauſula nulli ergo hominum.*
8. *Per clauſulam indignationem beatorum Petri & Pauli &c. corroborantur reſcripta Apoſtolica.*
9. *Clauſula Soubs noſtre indignation.*
10. *Clauſula contradictores appellatione poſtpoſita ſolet apponi in parte executiua litterarum.*
11. *Clauſula contradictores non comprehendit contradictores de iure, ſed ſolùm refertur ad contradictores de facto.*
12. *Contradictor legitimus in beneficialibus dicitur habens parem titulum.*
13. *Collatio ordinarij eſt fauorabilis.*
14. *Prouiſus ab ordinario quando ſit legitimus contradictor contra prouiſum Apoſtolicum.*
15. *Gratia in forma dignum v.g. ſi tibi conſtiterit quod N. aliunde commodè viuere valeat &c. an ſubminiſtret titulum ſufficientem ad impediendam viam executiuam.*
16. *Prouiſio conditionalis nullum ius tribuit prouiſo ante purificationem conditionis.*
17. *Puri & purificati idem eſt iudicium.*
18. *Executor apoſtolicus cum clauſulis denotantibus monitionem vel conditionem ad quid teneatur.*
19. *Conditio in commiſſione appoſita eſt adimplenda aliàs iudex nulliter procedit.*
20. *An Capitulum poſſit dici legitimus contradictor?*
21. *Poſſeſſio conſiſtit in mero facto.*
22. *Capitulum non cognoſcit de viribus & validitate tituli.*
23. *Executor cognoſcit de validitate tituli.*
24. *Si prouiſus & recipiendus non ſit qualificatus capitulum eſt legitimus opponens.*
25. *Maior pars Capituli non poteſt lædere minorem partem.*
26. *Papa per clauſulas generales derogatorias non intendit derogare particulari ſtatuto.*
27. *An Epiſcopus poſſit ſtatuere ne prouiſiones Apoſtolicæ recipiantur abſque ſuo examine.*
28. *Princeps contra factum ſuum veniens, faciensq́; ſecundam conceſſionẽ primæ contrariam prima ſubſiſtit & non ſecunda.*

Sectionis

Sectionis V. §. tertius.

PRopterea,[a] *quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca deferri, volumus, ac dicta authoritate decernimus, quod illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.* [b] *Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conceſsionis, Indulti, derogationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire:* [c] *Si quis autem hæc attentare præſumpſerit,* [d] *Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam maiorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, pridie Non. Iunij, Pontificatus noſtri Anno decimo ſexto. Subſcriptum, M. Datarius, Ioannes Baptiſta Bolegnetus.*

SCHOLIA IN §. III. SECTIONIS V.

[a] NVLLI ERGO HOMINVM) Iam tandem aſſecuti ſumus extremam noſtri Indulti partem, in quo licet nonnihil ſim immoratus, tamen poſteri videbunt (quæ materiæ vbertas eſt) ſpecilegia me duntaxat collegiſſe, tantum abeſt vt integram illius meſſem explanando deſcripſerim, quo fit vt mihi non obijci poſsit illud Horatij: a

——— ——— Amphora cœpit
Inſtitui, currente Rota cur vrceus exit?

Neque enim breuitati ſemper inſeruiendum eſt (quæ alioqui mihi in exiguo ocio negotioſa fuit) alioqui præuaricatio eſt, inquit Plinius, tranſire dicenda. Præuaricatio eſt curſim & breuiter attingere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda. Nam pleriſque longiore tractu vis quædam, & pondus accedit; vtque corpori ferrum, ſic oratio animo non actu magis quàm mora imprimitur. Quod igitur ſupereſt ex Indulto noſtro modò iam exequamur. I.
Dicitur hoc loco eum qui ſine iuſta & rationabili cauſa diſpoſitioni huic S.mi Indulti non paruerit, quod [b] Indignationem Dei Omnipotentis, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius incurſurum. b

& ſingulas cauſas occaſione præmiſſorum pendentes commiſimus in qua is inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi facultate iudicari,& diffiniri debere, irritumque &c. Decernimus, & declaramus, Mandantes eidem Hieronymo Epiſcopo, vt omnes & ſingulas cauſas coram eo inter dilec. filium eiuſdem Cameræ Collectorem ex vna, & quaſcumque congregationes, Capitula, Collegia, & quaſuis alias perſonas, ex altera partibus ſuper ſolutione annatarum, communium, & aliorum iurium, quindenniorum eorumdem, vel eorum occaſione nunc & pro tempore pendentes iuxta præſentium tenorem terminet,& decidat, & pro faciliori indigatione vnionum prędictarum, omnia & ſingula Cathedralium etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum Eccleſiarum Capitula, Collegia, necnon tam virorum, quàm mulierum ſæculares, & quorumvis ordinum regulares, Congregationes, ſeu Collegia, & pia loca, eorumdemque Prælatos, & Procuratores ad iudicandum & profitendum medio iuramento omnia & ſingula Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, Parochiales Eccleſias & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica quæ ipſa Capitula, Congregationes, & alia pia loca prædicta poſſideant, & quo titulo illa poſſideant, illorumque annuos valores ſub privationis, & alijs in litteris in forma motus Proprij Pauli II. Prædeceſſoris huiuſmodi contentis ſententijs, cenſuris, & pœnis in Romana Curia & extra eam moneat, & requirat &c.

Et attento quod Beneficia vnita,& incorporata Capitulo,Collegio, Cõventui, ſeu Vniverſitati impoſterũ verè vacare non poſſint,ex quo Capitulum, ſeu Vniuerſitas non moriatur, inde quod omnibus Canonicis alicuius Eccleſię,vel hominibus alicuius Vniuerſitatis mortuis, & alijs ſubrogatis adhuc eadem Eccleſia, & eadem Vniuerſitas reputatur, *l. proponebant, ff. de iudicijs Ioannes Vanquel. in breuiario decretalium Sixti, cap. ſi gratioſe, concluſ. 3. de reſcript. in 6.* Ne fraudetur Cancellaria introductus fuit ſtylus quod lapſis quindecim annis ſoluantur dicta quindennia ſiue annata, quia fingitur decimo quinto anno vacare

34

35 Beneficium. *Mandoſ. de priuilegijs ad inſtar Gloſ. 7. num. 29.* Et de eiuſdem Curiæ ſtylo ſoluitur anticipatè, & prima ſolutio ſuccedere dicitur in locum illius Annatæ quę regulariter ſoluitur in egreſſu Beneficij. *Aut Maſſ. de annat. in fin.* Vti refert *Petrus Monet. de diſtribut. quotidianis part. 3. quæſt. 9. num. 32. & ſeq.*

36 Ex quo quindennia ſint ſubrogata in locum annatarum. *Seraph decis. 1401. num. 2. & decis. 1410. num. 1.*

37 Quas Annatas debitis temporibus non ſoluentes, Conſtitutionibus Pij II.

38 & Innocentij VIII. PP. excommunicationis, & priuationis Beneficiorum pœnis innodantur, cæterùm quidquid ſit id totum pendet à ſtylo, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, quæ à ſummis Pontificibus quandoque

39 ſecundum temporum varietatem mutantur. *Gigas de penſion. quæſt. 26 num 2. Flamin de confident. quæſt 42. num. 30* Hinc ſtylus Curiæ Romanæ modo albus, modo niger dicitur, *Caſſad. decis. 7. num 4. de reſcript.* Inde quod quotidie, vt

plurimum

pluriműm mutetur, idem *Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 6. num. 34.* & conformiter *Gomeſ. ad Reg. cancel. de trien. poſſeſſ. quæſt. 53. in fin.* Proindè dum Rota recedit ab vna opinione quam aliàs fuerat amplexa, id debet inſeruire cauſis tunc pendentibus & futuris, non autem pro reuocatione earum quæ fuerunt ante terminatæ. *Far. in poſth. part. 1. deciſ 730 num. 2. & 8.* Quæ Rota errare non dicitur auctoritatibus per *Marcheſ, in ſuo tract. de commiſſ. Apoſtol. part. 3. tit. de commiſſ. iactitationis & iactitationum. num. 23* Rationes & cauſas huiuſce mutationis refero in Epiſtola limari dedicatoria Tractatus mei ad reg. cancell. S. D. Greg. XV. Pontifici maximo anno 1621.

Decretum irritans inficit titulum & poſſeſſionem & operatur nullitatem 40 actus ab initio geſti, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum tribuat *Farinac. in poſth. part. 2. deciſ. 224. num. 3. & part. 1. deciſ. 34. num. 5.* quia inducit formam. *Mohedanus deciſ. 4. num. 2. de conceſſ. prabend.* quod procedit quando eſt iuſtificatum, aliàs detentionem & exiſtentiam facti non tollit. *Lancellot. de* 41 *attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 1. num. 8. vt fuit reſolutum in vna Parmen. Prioratus 16. Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coram R. P. Orano, & in alia Cuſentina Capellæ 26. Octobris 1601. coram Ill. Mellino. Far. in poſth. part. 2. deciſ. 224 num. 3. & ſeqq.* prout & ſimiliter aliæ clauſulæ acceſſoriæ nihil operantur non ſubſiſtente 42 gratia principali, *Rhedoan. de rebus Eccleſiæ non alienandis quæſt. 22 num. 79. & ſeqq.* quia eiuſmodi decretum irritans ſortitur naturam principalis, cui fuit appoſitum. *Farnen. ad reg. cancel. de trien. poſſeſſ. quæſt. 49 num. 11. Creſcent. deciſ. 7, num. 11. & 17. tit. de conceſſ. prabend* quos ſequitur *Card Seraphin. deciſ. 341. num. 4.* nec afficit perſonas non compræhenſas in diſpoſitione, neque 43 ignorantes quoad pœnam. *Far. in poſth parte 2. deciſ. 563. num. 7. & part. 1. deciſ. 467. num. 4 Lancell de attent. parte 2. cap, 20. limit. 24. num, 22 & 23.*

Quibus præattentis dum diſputatur an diſpoſitio decreti irritantis locum 44 habeat necnè, non impedit manutentionem, Idem *Far. in poſth. parte 1 deciſ. 523. num. 3.*

SUMMARIUM §. III. SECTIONIS V.

1. *Clauſula indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum &c. quas pœnas inducat?*
2. *Non parentes huic Indulto, collatione Beneficiorum priuantur.*
3. *Contrauentionis ordinationi ſanctæ Sedis pœna eſt arbitraria.*
4. *Contradictor iuris non comprehenditur ſub clauſula, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum nouerit ſe incurſurum.*
5. *Executio ceſſat exiſtente legitimo contradictore.*

Sectionis V. §. tertius.

PRopterea,[a] *quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca deferri, volumus, ac dicta authoritate decernimus, quod illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.*[b] *Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conceſsionis, Indulti, derogationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire:*[c] *Si quis autem hæc attentare præſumpſerit,*[d] *Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam maiorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, pridie Non. Iunij, Pontificatus noſtri Anno decimo ſexto. Subſcriptum, M. Datarius, Ioannes Baptiſta Bolegnetus.*

SCHOLIA IN §. III. SECTIONIS V.

[a] NVLLI ERGO HOMINVM) Iam tandem aſſecuti ſumus extremam noſtri Indulti partem, in quo licet nonnihil ſim immoratus, tamen poſteri videbunt (quæ materiæ vbertas eſt) ſpecilegia me duntaxat collegiſſe, tantum abeſt vt integram illius meſſem explanando deſcripſerim, quo fit vt mihi non obijci poſsit illud Horatij: a

— — *Amphora cœpit*
Inſtitui, currente Rota cur vrceus exit?

Neque enim breuitati ſemper inſeruiendum eſt (quæ alioqui mihi in exiguo ocio negotioſa fuit) alioqui præuaricatio eſt, inquit Plinius, tranſire dicenda. Præuaricatio eſt curſim & breuiter attringere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda. Nam pleriſque longiore tractu vis quædam, & pondus accedit; vtque corpori ferrum, ſic oratio animo non actu magis quàm mora imprimitur. Quod igitur ſupereſt ex Indulto noſtro modò iam exequamur. Dicitur hoc loco eum qui ſine iuſta & rationabili cauſa diſpoſitioni huic S.mi Indulti non paruerit, quod[b] Indignationem Dei Omnipotentis, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius incurſurum. 1. b

alioqui his æſtiuis ferijs ſatis mihi aſsidua. Tu fruere *bone Lector*, &
boni conſule noua hæc, etſi ſubitaria ſcripta.

ADDITIONES.

N*Vlli ergo hominum*: Hæc clauſula communiter apponi ſolet in conceſ- a 7
ſionibus & prouiſionibus Apoſtolicis ad earum obſeruantiam, ne quis
contrauenire præſumat. *Arg cap 2. de maiorit. & obedien.* Verum an ſub hac
verborum generalitate comprehendantur Epiſcopi & alij Prælati. *Ioannes de
Graſsis in tract. de reſcript. apoſt. num 89. & ſeq.*

Indignationem Omnipotentis Dei & SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, 8 b
ſe nouerit incurſurum: Per hanc clauſulam corroborantur Apoſtolica reſ-
cripta, prout & per aliam nempe nulli ergo hominũ liceat hanc paginam &c.
ſi quis autem hæc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis
Dei &c ſecundùm *Rebuffum in tract. de nominat. quæſt. 19. num. 6. & 8. Marcheſ.
de commiſſ. apoſt part. 2. tit de commiſsione aperitionis oris num 102 & ſeq.* de alia
clauſula *Soubs noſtre indignation,* in Principum ſæcularium diplomatatibus vſi- 9.
tata, Vide *Fratrem meum Eraſmum à Chokier in dicto ſuo tract. de Iuriſdict. ordin.
in Exempt. part 4 quæſt. 62. num. 2.*

Eiq. non contradicant de iure. Clauſula contradictores appellatione c
poſtpoſita compeſcendo ſolet ſemper apponi in parte executiua litterarum, 10.
& non comprehendit contradictores de iure, ſed ſolùm refertur ad contra- 11
dictores de facto. *Gloſſ. in cap. pro illorum verb contradictores & ibi Abbas num 9.
de præbend. Zabarell. in clem. quia contingit, § contradictores de Relgioſis domibus.
Rebuff in praxi beneſ tit. de form. & declarat. noua prouiſ. verb. contradictores Lan-
cellot. de attent. appell pendent. part 2 cap. 12 limit. 8. num. 4. Gonzal. ad reg 8.
cancel. gloſſ. 9 §. 1 num. 242. Marcheſ de commiſſ. apoſt. part. 1. cap 8 tit. de com-
miſsione cum clauſula appellatione remota num 93. & cap. 5. tit. de commiſsione appel.
in Rom. Cur. num. 194.* Contradictor autem de iure ſiue legitimus in beneficia- 12
libus dicitur qui habet parem & ſimilem titulum, *Far. parte 1. deciſ 362. num. 1.
& 2 & parte 2, deciſ. 641. num. 1. in poſth. Marcheſ. de commiſſ. Apoſt. part. 1. cap 1.
tit. de commiſsione appell. ad Exeq. breuium & litterarum apoſtolicarum. num 69.*
ex eodem fronte, iure & titulo prouenientem, *Far. in antiquiorib. deciſionib. part.
2. deciſ. 197. num. 4. Tot. lib. 1. deciſ. 302. & deciſ. 316* & ſit eiuſdem ſpeciei *idem
Marcheſ. d. part. 1. cap 1 d. tit. de commiſſ. appell. ab exeq. breu. & litt. apoſt. num. 70.*
hinc quamuis ordinarij collatio ſiue prouiſio ſit fauorabilis, nec egeat aliquâ 13
iuſtificatione, *Flam. Paris de reſignat. beneficior. lib. 12. quæſt. 2. num. 6. quæſt. 6.
num. 6.* interim tamen non obſtante eo, non eſt legitimus contradictor contra

prouiſum

14 prouiſum Apoſtolicum, niſi doceat de intruſiione notaria, *Aloÿſ. Ricc, variat. reſolut. reſo'ut. 305, num. 3. verſ. quarta concluſio,* vel exiſtat in poſſeſsione ac doceat de ſub & obreptione, vel talis poſſeſſor alleget talem titulum, qui excludat prouiſionem Apoſtolicam, vel illam reddat admodum turbidam, quia tunc Papa per ſurrogationes gratioſas vel alias prouiſiones non intendit facere ordinarijs, vel alijs qui ab ipſis prouiſi ſunt, aliquod præiudicium, idem *Far. in poſth. part. 1. deciſ. 362, num. 2. & 3.*

Titulus conditionalis videlicet litteræ in formâ dignum, cum clauſulâ, ſi tibi cõſtiterit quod dictus N (ſcilicet reſignans,) aliundè commodè viuere valeat,
15 & per diligentem informationem N. (quippè reſignatarium) ad hoc idoneum repereris, cùm ante purificationem dictarum conditionum nullum ius
16 acquiratur tali prouiſo, & quidquid agitur ante purificationẽ conditionis non ſubſiſtit, & nihil operatur, & conditionis defectus operatur defectum conſenſus & gratiæ, non dicitur par titulus nec legitimus ad impediendam executionem litterarum in formâ gratioſâ conceſſarum & expeditarum iuxta reſolutionem *Rotæ in vna Canonicatus S. Dionyſij Leodien. 25. Maij 1626, coram R. D. Philippo Pirrouano.*

Fallit quando eiuſmodi titulus conditionalis fuit purificatus præuijs examine & approbatione ab executore litterarum Apoſtolicarum factis, quo
17 caſu talis gratia non poteſt amplius conſiderari & haberi vti conditionalis, quia puri & purificati idem eſt iudicium, *Far. in anterioribus deciſionib. part. 2. deciſ. 197. num. 13.*

Diſtinguunt tamen DD. inter clauſulas denotantes monitionem vt ſunt illæ, quæ quamuis in gratia expreſſæ non forent de iure tamen ineſſe intelli-
18 guntur, prout eſt clauſula ſi ſit idoneus, ſi ſit ſufficiens, ſi dignus, &c. & clauſulas denotantes conditionem v. g. ſi tibi conſtiterit per diligentem informationem talem habere vnde viuere valeat, vel habere congruam ſuſtentationem & ſimiles, quo caſu executor pro actus validitate tenetur facere aliqualem informationem & verificationem narratorum, quia commiſſio limitata,
19 limitatione non ſeruatâ, nullum producit effectum, nullamque tribuit iuriſdictionem, *Marcheſ. de reſcript. vtriuſque ſignaturæ, part. 2. cap. 1, num. 74.*

Inſurgit alia ſatis frequens quæſtio: An Capitulum poſſit dici legitimus contradictor, cùm nihil aliud habeat quàm nudum inſtallationis miniſteriũ,
20 immiſſio enim in poſſeſſionem non eſt actus iuriſdictionis propriè, ſed nudum miniſterium, *Far. in poſth. part. 1. deciſ. 564, num. 2. poſt Abb. in cap. ſicut, num. 17. in fine, Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant,* admiſſio autem quam facit Capitulum nihil tribuit iuris, ſed in nudo & mero facto conſiſtit, quæ non habet vim inſtitutionis, nec collationis aut cuiuſuis prouiſionis, ſed
21 dumtaxat præſentatum per ſuperiorem ſiue collatorem habet de facto admittere & recipere ad eius mandatum, *Rota deciſ. 27. num. 2. circa finem, de Præbend. in nouis cap. cum te,* & ibi *Innoc. de reſcript. cap. pro illorum, in fin de Præbend.*

Wameſ.

Wameſ. conſil, 247. num. 27. dict. tit. 1. nec ſpectat ad Capitulum de viribus ti-
tuli cognoſcere, *Philipp Probus tract. regul. quaeſt. 36.* Sed executoris qui ius 23
tertij non tollit ſeu illi non derogat, *L. 2. §. merito, & § ſi quis à Principe. ff.*
ne quid in loc. public Sed nudè Capitulum debet recipere prouiſum cum clauſu-
la, *Saluo iure cuiuſlibet*, his tamen non obſtantibus, ſi prouiſus ſiue nominatus,
non reperiatur conformiter & iuxta ſtatutorum diſpoſitionem qualificatus, 24
poterit hoc caſu Capitulum pro ſuo intereſſe legitimè ſe opponere. *Seraph.*
deciſ 355 adeò quod minor pars Capituli maiori parti contrarium facienti
tanquam operanti factum à iure reprobatum, reclamare ſeu contradicere &
proteſtari valeat. *Aloyſ. Ricc. var. reſolut. reſol. 249.* ne tacendo videatur conſen-
tire. *Cap qui tacet de reg. iuris in 6.* & ſic illa quearetur eodem modo quo ma-
ior pars *Ricc. ibidem.* Capituli maior pars non præiudicat minori quando
minor pars in aliquo læditur. *Far. in poſth part. 1. deciſ. 623 num 1. in fin.* 25
nonobſtante generali ſtatutorum derogatione quæ non tollit particularia
ſtatuta, quia Papa per clauſulas generales non intendit derogare particulari 26
ſtatuto. *Rota deciſ. 1. num. 3 de præbend. in nouis.*

An Epiſcopus poſsit ſtatuere nè prouiſiones Apoſtolicæ vel cenſuræ aliquæ 27
recipiantur aut exequantur in ſua Diœceſi, niſi primitus ipſe Epiſcopus conſu-
latur, ſeu ſine præuio ſuo vel eius ad id commiſſi examine affirmat, *Henricus*
Botteus Briaxien. tract. de Synodo Epiſcopi & Statutis Synodalibus, part 3. concluſ. 7.
num. 185. & ſeqq. dummodo tamen id fiat non cauſa differendi executionem,
quia ſaperet inobedientiam contra Sedem Apoſtolicam, nec cauſa lucri aut
cupiditatis; nè videatur velle reddere examen venale quod ſaperet ſimoniam,
& dummodo non contraueniant Conſtitutionibus Sommorum Pontificum
Clementis VII. de impedientibus executionem litterarum Apoſtolicarum, &
Gregorij XIII. contra iurantes & iurare facientes illicita, impoſsibilia, dam-
noſa, & Eccleſiaſticæ libertati ac decretis Sacri Concilij Tridentini aduer-
ſantia, quas Pontificum Conſtitutiones refert *Branden in ſuo tract. ad Concordata*
Germaniæ, pag: Mihi 109. & 128.

Iudicabitur pro primo, quotiescumque Princeps venit contra factum d
proprium & facit conceſsionem contrariam primæ, prima ſemper valet & 28
non ſecunda, *Adrian. Gilmann ſymphoremat ſupplicat. proceſſ. ſuper conſtit. Imperij,*
tom. 4. voto; 37. num. 20. & ex duobus à Papâ ſubrogatis, prior in ſubrogatio-
ne de iure venit præferendus, *Put. deciſ. 202. num. 1. lib. 1.* etiamſi collatio
fiat cum clauſula nonobſtante prima collatione quæ intelligi debet de inua-
lida & nulla collatione, non de valida. *Rebuffus. in praxi benefic. tit. de forma*
ſignaturæ ſimplicis prouiſionis : Verſiculo, Aut Prouiſione quauis, &c. circa
finem.

Etſi enim Princeps videatur de abſoluta poteſtate poſſe tollere ius tertij;
illa poteſtas dici potiùs debet iniurioſa & contra legem diuinam, vt bene &

elegantes

eleganter per eundem *Rebuſſum in ad reg. cancel de non tollen. ius quæſitũ, n. 34 & 35. & ſeq.* Et licet ſuprema ſit Principis poteſtas, eam tamen intra fines iuſtitiæ concluſam eſſe oportet, ne tempeſtatis potius quàm poteſtatis plenitudine vti dicatur. *Io. Ludouic. Benderus ad conſtit Imperij de reuiſ concluſ. 12. num. 20. Poſt Zaſium conſ. 10 num. 7. volum. 2.* Juxta Claudianum Poëtam ad Honorium:

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemq́ domet reſpectus honeſti.

Non enim Princeps eſt honeſti, iuſtique regula ſolutus, ſed honeſti, iuſtique Miniſter, ac ipſius iuris cuſtos & conſeruator. *Auguſt. de ciuitate Dei, cap. 20.* cuius verba firmiſſima eſſe debent, cùm nihil ſit quod magis Principem deceat quàm vt verbis ſuis fidem præſtet, quamobrem *Iſocrates* Regem ſuum monet, *Vt perpetuò in id ſtadium incumbat, eamq́ reuerentiam præ ſe ferat, vt verbis ſuis maior ſit fides, quàm aliorum iuramentis* Quod autem nonnulli parùm pij & prudentes obijciunt, *Id ius eſſe, quod ei, qui plus poteſt, vtile eſt* Sæuum illud eſt, & adulantis animi dogma, quanto honeſtior & Regio animo dignior vox, *Cùm omnia poßimus, ſola credimus nobis licere laudanda.* Nempe quia id tantùm poſſe facere dicimur quod iuſtè & honeſtè poſſumus, &c. *Lib. 2. Aphoriſmorum meorum Politicorum, cap. 2.*

Laus Æterno DEO, ſemperque Virgini MARIÆ, quibus vt par eſt, hæc accepta refero, quæ quoque tum ſaniori iudicio, tum Eccleſiæ Catholicæ cenſuræ lubens ſubmitto.

FINIS.

INDEX

RERUM ET MATERIARUM, QUÆ IN HOC TRACTATU PRECUM PRIMARIARUM

Scholijs Illuſtratarum continentur, Ordine Alphabetico contextus.

Numerus primus ſectionem, ſecundus numerum marginalem deſignat.

A Conſecratione quid differat vnctio? ſect. 1. n. 22.

A Papa confirmatur Imperatoris electio ſect. 1. n. 19.

A potentiori ſemper ſit denominatio, ſect. 2. n. 39.

A Romanis procedit Imperiũ, ſect. 1. n. 10

A ſententia executoris litterarum Apoſtolicarum non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, ſect. 4. n. 78

Ab antiqua practica recedendum non eſt ſect. 4. n. 25

Abbates in Hiſpanijs & alios Prælatos Eccleſiarum Carolo V. præſentandi priuilegium conceſſit Adrianus VI. in proœm. n. 18

Abrogatæ in Gallia expectatiuæ in forma pauperum, ſect. 5, §. 1. n. 9

Acceptatio quid ſit? ſect. 4. n. 39

Acceptans beneficium ſi non poſſit illud aſſequi quod acceptauit an variare poſsit, ſect. 4. n. 33

Acceptatio ſi fuerit inutilis culpa acceptantis non propterea locus eſt variationi, ſect 4. n. 22

Acceptatio an poſsit fieri à Laico, ſect. 4. n. 39

Acceptatio tendit ad executionem gratiæ, ſect. 4. n. 39

Acceptatio facta in partibus cum certa hora præfertur factæ in Curia eadem die, ſect. 2. n. 65

Acceptatione exiſtente inualida an variare permittatur, ſect. 4. n. 89

Acceptatione factâ per Preciſtam intra menſem an executor poſt menſem poſsit prouidere. ſec. 4. n. 17

Acceptare per procuratorem poteſt Preciſta etiamſi præſens in loco exiſtat, ſec. 4. n. 16

Acceptans cum proteſtatione ſi videat alium melius ius habere an poſſit illud acceptare, ſec. 4. n. 90

Acceptatione vnius beneficij cæteræ nominationes ceſſant & conſumuntur, ſec. 3. n. 4

Actus vt ſubſiſtat quid requiratur, ſe. 2. n. 5

Actus vbi non habet effectum ſecundum intentionem diſponentis non reſtringitur ad vnum actum, ſed de vlteriori actu intelligitur donec res ſortiatur effectum, ſec. 2. n. 6

Actionem ineptam proponens ſi ab ea repellatur, an aliam proponere poſsit, ſec. 4. n. 70

Ad effectum vt per aſſecutionem vnius beneficij vacet primum requiritur perceptio fructuum ſaltem maioris partis ne Beneficiatus mendicare cogatur, ſec. 3. n. 19

Adminiſtrationem ad ſex menſes Præpoſitis electis in Patriâ Leodien. concedit Sixtina conſtitutio ſec. 2. n. 92

Adminiſtrandi auctoritatem ab Archiepiſcopo Colonienſi recipit Imperator, ſec. 1. n. 41

Aduocatiam à lege habet Imperator, ſec. 1. n. 39

Aduocatus Eccleſiæ dicitur Imperator, ſec. 1. n. 25

Ætas ferrea nunc agitur, ſec. 1. n. 34

Affectatum debet eſſe impedimentum, ſec. 4. n. 34

Allegans impedimentum probare debet, ſec.4.n.85
Alias dictio quid importet? ſec.4.n.43
Annata quid & de modis ſoluendi, ſec 5 § 2.n.13
Annatas quis primo introduxerit. ſec.5.§.2.n.23.
Annata ſolui debet, ſi penſio excedat 24. ducatos, ſec.5.§ 2. n.25
Annata à quo ſolui debeat, ſe. 5.§.2.n 27
Annata an in permutationibus locum habeat, ſec. 5. §.2. n.29
Annata quibus ſoluenda, & inter quos diſtribuenda, ſec.5.§ 2 n.31
Annatæ ſecundum temporum varietatem interim mutantur & alterantur. ſec. 5. §. 2. n. 38
Annatas debitis temporibus non ſoluentium pœna. ſec. 5. § 2. n 37
Anteceſſoris priuilegio vti non poteſt ſucceſſor in Imperio, ſi is non fuerit vſus, ſec.4,n.10.
Ante coronationem preces non concedit Imperator, ſec. 1.n.23
Ante expeditionem litterarum gratia dicitur informis & imperfecta, ſec. 2.n.61
Ante Pontificatum Paulus V. vocabatur Camillus, ſec.1.n.1
Ante præſentationem executor conferre non poteſt, ſec. 4.n 4
Ante purificationem conditionis prouiſio conditionalis nullum ius tribuit prouiſo, ſec.5.§.3.n.16
Antiqua precum formula. in proœm.n 11
Antiqua ſalutandi conſuetudo, ſec. 1.n 9
Apoſtolica reſcripta corroborantur per clauſulam. Indignationem beatorum Petri & Pauli; ſec.5 § 3.n.8
Archidux Auſtriæ Philippus inhibet nè aliquæ gratiæ Apoſtolicæ in ſuis ditionibus executioni mandentur abſque placeto, in proœm. n. 19
Archiepiſcopus Colonienſis ſecundam vocem habet in electione, ſec.1.n.40
Archiepiſcopus Colonień. primū regium diadema Imperatori imponit, ibidem.
Ardua expedire ſine Cardinalium conſenſu an poſsit ſummus Pontifex, ſec.5.§.2.n.18
Aſſecutione vnius beneficij vacat primum ſec 4. n.34
Auguſtus quid differat ab Imperatore & Cæſare, ſec.1.n.11
Author tentat materiam à nemine huc vſque tractatam, in proœm.n 1
Auctoritate ſummi Pontificis facultas conceditur Electoribus circa annum 995. ſec.1.n.32.
Authores concordatorum Nationis Germanicæ, ſec.5.§.2.n.1.

B.

Beneficium conſiſtens extra Franciam, an comprehendatur ſub concordatis Franciæ, ſi collator ſit Abbas vnius Monaſterij in Francia, ſect.2,n.19
Beneficia extra Imperium ſita an capiant preces, ſect 2. n. 20.
Beneficia electiua quæ dicantur, & an ea cadant ſub precibus, ſect.2.n.34
Beneficia Eccleſiarum Cathedralium & Metropolitanarum, an ſub precibus Cæſaris comprehendantur, ſec.2.n 28
Beneficio effecto litigioſo & poſtea per obitum Præciſtæ vacante, an Cæſar alteri preces conferre poſsit, ſec.2,n.7
Beneficium ex appoſitione manus Pontificis, ita manet affectum, vt nullus inferior poſsit ſe circa illud amplius interponere, ſec.2.n.84.
Beneficia eorum qui promouentur ad Eccleſiarum & Monaſteriorum regimina vacant in Curia, ſec 3.n.23
Beneficia iuris patronatus Laici an cadāt ſub precibus, ſec.2. n 24
Beneficia manualia an cadant ſub precibus, ſect. 2. n. 24
Beneficia ſeruitoria quibus nimirum eſt annexum onus canendi in Choro vel quid ſimile, an cadant ſub precibus, ibidem.
Beneficia vacantia ex cauſâ reſignationis an cadant ſub precibus, ſec.4.n.44.
Beneficia tempore precum ſuppreſſa an cadant ſub precibus ſec. 2. n.24
Beneficia ſpectantia ad collationem duo-

-rum. ſi

rum, ſi vni tantùm preces inſinuatæ ſint an precibus ſubiaceant, ſec. 2. n. 24
Beneficium vt dicatur curatum, quæ requiruntur, ſec. 2. n. 25
Beneficij appellatione non veniunt dignitates in materia odioſa, ſec. 2. n 29
Beneficia iuriſpatronatus quę ſubiaceant precibus, ſec. 2. n. 39
Beneficia iuriſpatronatus mixti an ſub precibus comprehendantur, ſec. 2. n. 39
Beneficia vacantia ipſo iure an ſint affecta precibus in vtroque menſe, ſec 4. num. 26 & 21
Beneficium ſi quis ſemel elegerit, an conſumpta ſit eius electio, ſec. 4. n. 32
Beneficium quot modis vacare dicatur, ſect. 4. n. 44.
Beneficia difformia quæ ſint, ſec. 4. n. 46.
Beneficia deuoluta ad Sanctam Sedem non afficiuntur precibus, ſec 4. n 51
Beneficia litigioſa an cadant ſub precibus ſec. 4. n. 52
Beneficia in Diœceſi Leodienſi non excedentia duas argenti marchas liberè poſſunt ordinarij conferre nonobſtantibus quibuſcumque gratijs expectatiuis, ſec. 4. n. 55
Beneficium Eccleſiaſticum ſine canonicà inſtitutione obtineri non poteſt, ſec. 4. num 59
Beneficia monocularia an comprehendantur ſub precibus, ſec. 2. n. 44
Beneficia creata poſt preces Cæſareas an in ijſdem comprehendantur, ſec. 2. n. 82
Beneficij naturam an mutare poſſit Cæſar preces concedendo, ſec. 2. n 9
Beneficia vacantia propter crimen an capiant preces Cæſaris, ſec. 2. n. 14
Beneficia patriotis conferre eſt laudabile, ſec 2 n. 22
Beneficia quæ precibus non ſunt affecta, ſec. 2 n. 24
Beneficium ſine fructibus non eſt beneficium, ſec. 3. n. 12
Beneficiorum ſimplicium incompatibilitas quando inducatur, ſec. 3. n. 20
Beneficia promoti vt vacent quatuor concurrere debent, ſec. 3. n. 24
Beneficio regulæ de triennali poſſeſſore non gaudet incompatibilium poſſeſſor, ſec. 3. n. 26
Beneficia an afficiant preces in Diœceſi Leodien. in menſibus Ordinariorum, ſec. 4. n. 24
Beneficiatos ad docendum de titulo ſuorum beneficiorum compellere poteſt Epiſcopus in viſitatione, ſec. 4. n. 101
Beneficiorum diſpoſitio eſt iuris poſitiui, ſec. 4. num. 110.
Beneficia Sedi Apoſtolicæ reſeruata, ſec. 5. § 2 n. 3.
Beneficium fingitur decimo quinto anno vacare, ſec. 5. § 2. n 35.
Beneficia quæ dicantur exiſtere ſub eodem tecto, ſec. 4. n. 46
Bulla abſque inſcriptione Seruus Seruorum Dei redargui de falſo poteſt. ſect. 1. n. 30

C

CAmeracenſes ſubiecti ſunt precibus, licet tranſlati ſint in alterius dominium, in proœm. n. 3
Capitulum Sede vacante an poſſit conferre beneficia ijs quibus Epiſcopus deberet, ſec. 4. n 6
Capitulum habet nudum inſtallationis miniſterium, ſec. 4. n. 63
Capitulum non debet aut poteſt cognoſcere de viribus tituli recipiendi, ſec. 5. § 3. n. 22
Capitulum an poſſit dici legitimus contradictor, ſec. 5. § 3. n 20
Capitulum eſt legitimus opponens ſi prouiſus non ſit qualificatus, ſec. 5. § 3 n. 24
Capituli maior pars an poſſit lædere minorem partem, ſec. 5. § 3 n 25
Cardinalium conſilium quare requirat Papa, ſec. 5. § 2. n. 20
Cæſar qui vnum nominat an variare poſſit, ſec. 2. n. 3
Cæſar an poſſit Preciſtæ, matrimonium aut ſponſalia de præſenti contrahenti alium ſurrogare, ſec. 2 n. 16
Cæſar an poſsit nominare ſecundum, ſi

preces quo ad primum non ſint ſortitæ effectum, ſec. 2. n. 6.
Cæſar an iterum conferre poſſit ſi Præciſta non acceptauerit, ſec. 2. n. 8.
Cæſar preces concedendo vtrum poſſit mutare naturam ſeu qualitatem beneficij. ſec. 2. n. 9
Cæſar an poſſit nominationibus apponere conditionem, ſec. 2. n. 10
Cæſaris preces an aliquando euaneſcant, ſec. 2. n. 13
Cæſaris preces an capiant Beneficia vacantia propter crimen, ſec. 2. n 14.
Cæſari preces per Imperium conceduntur, ſec 2 n. 18
Cæſar non confert ſed mandat recipi, ſec. 2. n. 73.
Cæſar an ſub eodem diplomate & vnico contextu poſſit denominare aliquem ad plura Beneficia, ſec. 3. n. 2.
Cæſaris preces an comprehendantur ſub Concilio Tridentino, ſec. 5. §. 1. n. 8
Ceſsionarius Cæſaris nominat, ſec. 2. n. 1
Ciuitas Leodienſis laudatur à pietate & religione & cleri frequentia, ſec. 2. n. 80
Clauſulam anteferri vincit horæ appoſitio, ſec. 2. n. 66
Clauſula ſimul & ſucceſsiuè, ſec 3. n. 1
Clauſula ita tamen quod quamprimum perſona ſit nominata de aliquo beneficio prouiſa fuerit, eius nominatio quoad alios collatores & collatrices ipſo iure expiret prima prouiſione ſiue collatione effectuata, ſec. 3, n. 5
Clauſula duxerit acceptãdam quid operetur. ſec. 4. n. 22
Clauſulæ in diſpenſatione ad incompatibilia apponi ſolitæ, ſec. 4 n. 92
Clauſula ex nunc, ſec. 4. n. 107
Clauſulæ non obſtans vis & energia, ſec. 5. §. 1. n. 1
Clauſula nonobſtan. ſtatutis quid operetur, ſec. 5. §. 1 n. 11
Clauſula nonobſtan. non derogat ordinationi fundatoris, ſec. 5. § 1. n. 12
Clauſula generalis non tollit ſtatuta iurata, ſec. 5. §. 1. n. 15
Clauſula nonobſtan. nullus vti poteſt præter Papam aut alium Principem non recognoſcentem ſuperiorem. ſec. 5. §. 1. n. 16
Clauſula generalis non tollit diſpoſitiones per Principem confirmatas, ſec. 5. §. 1 num. 17
Clauſula contrarijs quibuſcumque, ſec. 5. §. 1. n. 19.
Clauſula quibuſcumque, ſec. 5. §. 1. n. 20
Clauſularum derogatoriarum derogatorijs vis & energia, ſec. 5 §. 1. n. 22.
Clauſula ex certa ſcientia, quid differat à clauſula motus proprij, ſec 5. §. 1. n. 24
Clauſula anteferri vis & energia, ſec. 5. §. 1. num. 27
Claſula non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum, ſec. 5. § n. 28
Clauſula mentio ſpecialis, &c. non tollit ſubreptionem & defectum intentionis, ſec. 5. §. 1. n 29
Clauſula nonobſtant. non inducit diſpenſationem, ſec. 5. §. 1. n. 30
Clauſula priuilegij Societati Ieſu per Gregoriũ XIII. conceſſi, ſec. 5. §. 1. n. 38
Clauſularum motu proprio & ex certa ſcientia effectus ſec. 5. §. 1. n. 42 & 43
Clauſula de noſtrorum fratrum conſilio, ſec. 5. §. 2. n. 17.
Clauſula Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli, &c. quas pœnas inducat, ſec. 5. §. 3. n. 1.
Clauſula nulli ergò hominũ, ſec. 5. §. 3. n. 7
Clauſula ſoubs noſtre indignation, ſec. 5. §. 3. n. 9
Clauſula contradictores non comprehendit contradictores de iure, ſed ſolum refertur ad cõtradictores de facto ſec. 5. §. 3. n. 11.
Clauſula contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, ſolet ſemper apponi in parte executiua litterarum, ſec. 5. § 3. n. 10
Coadiutoriæ cum futura ſucceſsione an comprehendãtur ſub diſpoſitione precum, ſec 2. n. 83
Coadiutoriæ de conſenſu coadiuti expeditæ an ſint fauorabiles, ſec. 2. n. 87 & ſec. 4. n. 108

Coad-

Coadiutoriæ cum futura ſucceſsione non cadunt ſub indulto facultatis artium Louanienſium, ſec. 2. n 88

Coadiutor deputatus cum futura ſucceſſione non eget alia collatiõ, ſec 2. num. 85

Coadiutores cum futura ſucceſsione ſolus Papa deputat, ſec.2.n. 86

Coadiutorias cum futura ſucceſsione de conſenſu expeditas non tollunt preces, ſec. 4. n. 106

Coadiutor an debeat ſe conformare tenori prouiſionis Coadiutoriæ ſiue litterarum deſuper expeditarum, ſec.4. num. 109

Collatio beneficiorum vacantium ob crimen fieri non poteſt niſi vocato & audito poſſeſſore, ſec 2. n. 14

Collationis appellatione quando præſentatio, electio, inſtitutio, & confirmatio contineantur, ſec. 2. n. 38

Collator ſi vnius beneficij collationem habeat in imperio & plurium extra Imperium, an precibus grauari poſsit, ſec 2. n. 49

Collatores ſi Præciſtis conferre aut illos illos inſtallare nolint quid iuris aut quid etiam ſi lateant. ſec. 4. n. 57. & 58

Collatores an ſint vocandi quando preces conceduntur ſec. 2. n. 43

Collatores in vno tantum beneficio grauantur, ſec. 2. n. 42

Collatores vt grauari precibus poſſint quatuor beneficiorum collationem habere debent, & quid ſi vnum ab inſinuatione precum fuerit vnitum, & quid ſi vnum ex iſtis ſpectet ad collationem etiam coniunctim cum alio, ſec.2.n. 45.46. & 47.

Collator quid ſi non ſit incola Germaniæ & beneficia ſint in Germania an illa afficiantur precibus, ſec.2. n.19

Collatio habens horam præfertur collationi non habenti horam, ſec.2. n. 63

Collatio copulatiua fieri non debet, ſec 2.n.68

Collatio Papæ an innoteſcere debeat intra tres menſes in loco beneficij, ſec. 5.§. 2. n. 12

Collatio ordinarij an ſubſiſtat Preciſta non acceptante, ſec.5. §.2. n. 16

Collatione beneficiorum priuantur non parentes huic indulto, ſec.3 §.1.n.3

Collatio ordinarij an ſit fauorabilis, ſec.5. §. 3. n. 13

Coloratum titulum habet Preciſta, ſec.4. n. 100

Commendata beneficia an comprehendantur ſub precibus, ſec.2. n 24

Commiſsio facta dignitati tranſit ad ſucceſſorem, ſec. 2, n. 79.

Conceſsionis precum formula tempore Ferdinandi II. in proœm n. 12

Conceſſio iuriſdictionis intelligitur cumulatiuè non priuatiuè, in proœm. n. 16

Conceſſa poteſtate conferendi an videatur conceſſa facultas diſpenſandi, ſec. 4. n. 48

Concilium Tridentinum tollens expectatiuas an etiam tollat preces, in proœm. num. 3

Concordatorum Nationis Germanicæ textus, ſec. 5. §. 1. n. 1

Concordata approbat Pontifex, ſec. 5. §. 1. n. 2

Concordatis nationis Germanicæ an derogare poſsit Pontifex, ſec. 5. §. 2. n. 15

Conditio purificata poteſt & debet retrotrahi, ſec. 4. n. 104

Conditio in commiſsione appoſita eſt adimplenda alias Iudex nulliter procedit, ſec. 5. §. 3. n. 19

Confirmata conuentio difficilius rumpitur quam ſimplex Papæ conuentio, ſec. 5. §. 1. n. 11

Confirmatio priuilegij Pij II. per Carolum V. ſec. 4. n. 97

Conſuetudine induci poteſt vt mors prælati mox Principi ſignificetur, in proœm. n. 20

Conſtitutionis Pij V. textus, ſec. 2 n. 81

Conſtitutio Vrbani VIII. ſec. 2. n. 91

Conſtitutio Sixtina concedit Præpoſitis electis in Patria Leodienſi adminiſtrationem ad ſex menſes, ſec 2. n. 92 & 93

Conſtitutio Gregorij XIII declaratoria conſtitutionis Nicolai V. circa colla-

ſiones beneficiorum in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſec.5.§.1 n,22
Conſtitutio Clementis VII. in puncto annatarum, ſec.5.§.2.n.26
Conſtitutio Pij V. in puncto quindenniorum, ſec 5 §.2. n. 33
Contradictores ſine cauſa poteſt excommunicare executor ſecus contradictores de iure, ſec.4.n 72 & 73
Contradictor iuris non comprehenditur ſub clauſula Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli nouerit ſe incurſurum, ſec.5.§ 3.n.12
Contrauentionis ordinationi ſanctæ Sedis pœna eſt arbitraria, ſec.5.§.3.n.3
Coronati Imperatores à Carolo Magno qui fuerint, ſec.2 n 18. & in epiſt. ad Lect.
Curatum beneficium vt dicatur quæ requirantur, ſect.2.n. 25

D

DEcanus & Capitulum an poſſit impedire Preciſtam quominus recipiatur, ſec.4.n.19
Decretum quod ſolet apponi in prouiſiode Apoſtolica quoad incompatibilia, ſec.3.n.19
Decretum cum appoſitione menſis ita legat vt prouiſio ordinarij facta intra menſem non valeat, ſec.4.n.81
Decretum irritans debet iuſtificari, ſec.5. §.2 n.4
Decreti irritantis vis & energia, ſec.5. §.2.n 15 & 40
Decretum irritans & aliæ clauſulæ acceſſoriæ nihil operantur non ſubſiſtente gratia principali, ſec.5.§.2.n.42
Decretũ irritans non afficit perſonas non comprehenſas in diſpoſitione neque ignorantes quoad pœnam, ſec.5.§.2.n.43
Decretum irritans aliæque clauſulæ non impediunt manutentionem dum diſputatur, an diſpoſitio locum habeat nec nè, ſec.5.§.2.n.44
Delegatio ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem, ſec.2.n.50
Delegatus datus ad conferendum beneficium, nulliter conferens, an poſſit iterum conferre, ſec 2.n.71
Denominare aliquem ad plura beneficia ſub eodem diplomate & eodem contextu an poſſit Cæſar, ſec.3.n.1
Derogatio clauſularum inſolitarum quid importet, ſec.5.§.2.n.15
Derogatum regulis cancell. nòn cenſetur per clauſulam generalem nonobſtan. ſec.5.§.1.n.2
Derogare particulari ſtatuto per clauſulas generales derogatorias an intendat Papa, ſec 5.§.3.n.26
Deuolutio de qua in textu precum quæ illa? ſec.4.n 51.
Dictio dũmodo quid importet, ſc.2.n.36
Dictio alias, ſec.4.n.43.
Dictio prouiſio quid deſignet. ſec 2.n.38
Dictio ex tunc. ſec.5.§.2 n.15
Dictio ſimul & ſucceſsiuè, ſec.3.n.1.
Dignitas maior poſt pontificalem quę ſit & qui cognoſcatur, & an comprehendantur ſub precibus, ſec.2.n.37
Dignitas ſi bis aut pluries intra annum vacauerit vnica ſoluetur annata, ſec 5. § 2 n.14
Diſpenſatione Papæ accedente ceſſat incompatibilitas, ſec,3.n.21
Diſpenſatus ſine cauſa an ſit tutus quoad Deum, ſec.3.n.22
Diſpenſatio an extendatur de caſu ad caſum, ſec.5.§.1.n.31
Diſpenſatum ſuper vtroque non præſumitur, ſi duplex extiterit impedimentum, & ſimplex tantum narratum fuerit, ſec 5 §.1.n.32
Diſpenſatus in vno an ad conſecutiua eius diſpenſatus etiam cenſeatur, ſec.5.§ 1.n.24
Diſpenſatus ad duo incõpatibilia non intelligitur in eadem Eccleſia, ſe.5.§.1.n 35
Diſpenſandus ſi non reperiatur in curia Papa committit Epiſcopo loci. ſec. 5. §.1.n 45
Diſpoſitio Beneficiorum eſt iuris poſitiui ſec.4.n.110,
Diſpoſitionis vox quid importet, ſ.2.n.30

Diſpoſi-

Diſpoſitio omnis intelligi debet de prima vice, ſec. 2. n. 6
Diſpoſitio loquens de perſonis intelligitur de habilibus, ſec. 2. n. 41
Diſpoſitio loquens de actu intelligitur de primo qui valuit, ſec 4. n 33
Diſpoſitio contraria an tollat ſtatutum iuratum, ſec. 5 §. 1. n 15
Donatio prima Principis poſteriori prævalet, ſec. 2. n. 59
Ducatus de Camera quid valeat, ſec. 3. num. 55
Duces Iuliæ & Cliuię an conferant Canonicatus & Præbendas quæ non ſubiacent precibus Cæſareis, aut ſaltem dictas preces non recipiant, in proœm. num 5
Dux Sabelli præſtat obedientiam Sanctæ Sedi pro Ferdinando II. Imperatore, ſec. 1. n. 20

E

ECcleſiæ Cathedrales & Metropolitanæ quæ dicantur, ſec 2. n. 28
Eccleſia, Ciuitas, Caſtrum retinent ſua iura ſi in alium locum transferantur, in proœm. n. 14
Eccleſiæ protector & defenſor dicitur Imperator, ſec. 1. n. 25
Eccleſiaſtica penſio extinguitur per militiam, ſec. 2. n. 77
Eccleſiarum vicinitas & fructuum tenuitas an excuſet ab incompatibilitate, ſec 3. n. 18
Effectus poſſeſsionis conſiſtit in perceptione fructuum, ſec. 3. n. 11
Electio Imperatoris ante datos Electores à Papa qualis? ſec. 1. n. 6
Electio Imperatoris confirmatur à Papa, ſec 1. n. 19
Electione ſemel facta an liberum ſit eligentibus variare, ſec. 4 n. 32
Electus Rex Romanorum inſinuat Summo Pontifici electionem de ſua perſonâ factam per ſuos Legatos qui pro eo præſtant obedientiam, ſec. 1. n. 21
Electus lite pendẽte ſi moriatur aut cedat vel electioni non conſentiat, electio reuertetur ad eligentes, ſec. 2. n. 7
Electorum Imperij inſtitutio, ſec. 1. n. 13
Electores quis inſtituit, ſec. 1. n. 7
Electores qui ſint, ſec. 1. n. 31
Electoribus circa annum 995. auctoritate Summi Pontificis facultas committitur, ſec. 1. n. 32.
Electa vna via an ad aliam redire liceat, ſec. 4. n. 69
Electa via inutili an tollatur alia vtilis, ſec 4. n. 70
Electiuum quid dicatur & an cadat illud ſub precibus, ſec. 2. n. 34
Eligitur primo Rex Romanorum in Cæſarem promouendus, ſec. 1. n. 5
Epiſcopum cur ſe nominet Papa, ſe. 1 n. 3
Epiſcopi collatio an ſit præferenda collationi Vicarij cum vtraque ſit de eadem data, ſec. 2 n. 5
Epiſcopus non diſpenſat quoad incompatibilia, ſec. 3. n. 17
Epiſcopus in viſitatione poteſt compellere Beneficiatos ad docendum de titulo ſuorum Beneficiorum ſec. 4. n. 101
Epiſcopus an poſſit ſtatuere nè gratiæ Apoſtolicę recipiãtur abſque ſuo examine, ſec. 5. §. 3. n 38
Error iuris valdè dubij æquiparatur errori facti, ſec. 4 n. 34
Error nominis an noceat Preciſtæ, ſect. 4 n. 35.
Error in nomine non vitiat ſi conſtet de corpore, ſec. 4. n. 93.
Exceptio firmat regulam in caſibus exceptuatis, ſec. 4. n. 43
Exceptiones quæ concernunt titulum an impediant immiſsionem in poſſeſsionem, ſect. 4. n. 59
Execrabilitatis caſus an comprehendatur ſub regula de triennali, ſec. 4. n. 64
Executor precum an poſſit contradicentes excommunicare, ſec. 4. n. 72
Executor precum an conferre poſſit ex cauſa reſignationis, ſect. 4. n. 71
Executor an poſsit procedere contra exemptos, ſect. 4. n 74
Executor re adhuc integra an poſſit

exequi

exequi gratiam poſt obitum Cæſaris, ſect.4. n.5

Executor an cognoſcat de meritis cauſæ, ſect.4. n 75

Executor an poſſit poſt menſem prouidere ſi Preciſta intra menſem acceptauerit, ſect. 4. n. 17

Executor Apoſtolicus ſubexecutorem ſubſtituere poteſt. ſec. 4 n. 15

Executores Apoſtolici debent eſſe in dignitate conſtituti, ſec. 4. n. 1

Executores precum primariarum rogant & monent, in proœm n. 23

Executor an admittere debeat exceptiones contra perſonam vel reſcriptum, ſec. 4. n. 3

Executores quales admittere debeant exceptiones, ſec. 4. n. 104

Executoris poteſtas verſatur circa contradictores de facto non de iure. ſec. 4. n. 102

Executores dati in nominationibus factis per Cæſarem non ſolum ſunt ad compellendum ſed ad prouidendum, ſec 4. n. 76

Executionem paratam habent litteræ Apoſtolicæ, ſec 4 n. 79.

Executores plures quando ſunt dati ſecundus adiri non poteſt non data negligentia primi, ſec. 4. n. 77

Executiuè procedi non poteſt alio exiſtẽte in poſſeſſione, & reproducente parem & ſimilem titulum, ſec. 4. n. 103

Executio ceſſat exiſtente legitimo contradictore, ſec. 5. §. 3. n. 5

Executor Apoſtolicus cum clauſulis denotantibus monitionem vel conditionem ad quid teneatur, ſec. 5. §. 3. n. 18

Executor cognoſcit de validitate tituli, ſect. 5. §. 3. n. 23

Exempta beneficia an cadant ſub exſpectatiuis, ſec. 2. n. 24

Exſpectatiua conceſſa ad collationem Capituli extenditur ad collationem turnarij, ſec. 2. n. 40

Exſpectatiuæ ſeu preces quando cenſeantur reuocatæ per mortem concedentis, ſec. 4. n. 7

Exſpectatiuæ gratiæ particulares ſublatæ, in proœm. n. 7

Exſpectantes debent intra vnius menſis ſpatium à tempore acceptationis per executores ſibi prouideri facere, ſec. 4. n. 2

Exteri à conſilijs Principum eliminandi, ſec. 2. n. 23

F

FAcultas conferendi derogans poteſtati ordinarij eſt odioſa & ideo reſtringenda, ſec. 2. n. 29

Facta acceptatione per Preciſtam intra menſem an executor poſſit poſt menſem prouidere, ſec 4. n 17

Fauore quod alicuius introductum eſt, in eius odium retorqueri non debet. ſec. 2. n. 9

Fœminæ an poſsint ex priuilegio conferre, ſec. 2. n. 15

Ferdinandus I. confert Archiepiſcopatũ Iergeſtinum Patri Claudio Iayo Ieſuitæ recuſanti, in proœm. n. 9

Ferdinandi II. ſucceſſores qui fuerint. ſec. 1. n. 36 & in epiſt. ad Lect.

Fides & conſtantia in Principe maximè deſideratur, ſec. 5. §. 3. n. 28

Formula precum antiqua, in proœm. n. 11

Formula conceſsionis precum tempore Ferdinandi II. in proœm. n. 12

Forma certa quando requiritur in reuocatione priuilegij, non cenſetur ei derogatum niſi forma fuerit ſeruata, ſec. 5. § 1. n. 37

Fratrum conſilium quare requirat Papa, ſec. 5. §. 2. n. 29

G

GEnealogiam Pauli V. Auctor deducit, ſec. 1. n. 1

Generalis diſpoſitio non extenditur ad Beneficia patronata Laicorũ, ſec. 2. n. 39

Generalis diſpoſitio non extenditur ad caſus priuilegiatos aut ſpeciali nota dignos

dignos, ſec. 2 n. 39
Gratia precum an extinguatur morte Cæſaris, ſec. 4. n. 9
Gratias duas habens, ſi vtendo ſecunda ſuccumbat, an poſſit vti prima, ſec. 4. num. 70
Gratia an expiret morte concedentis re adhuc integra, ſec. 4, n. 5
Gratia dicitur informis & imperfecta ante expeditionem litterarum, ſec. 2. n. 61
Gratia conceſſa in remunerationem tranſit in vim contractus, ſec. 5. §. 1 n. 39
Gratia expectatiua non fulminata an habeat effectum, ſec. 4. n. 80
Gratia in forma dignum v. g. ſi tibi conſtiterit quod N. aliundè commodè viuere valeat. &c. an ſubminiſtret titulum ſufficientem ad impediendam executiuam, ſec. 5. § 3. n. 15
Grauari non poteſt ordinarius niſi ſemel, ſec. 3. n. 6
Gregorius V. conſtituit Electores, ſect. 1. n. 7

H

Habens facultatem nominandi illam à ſe non abdicat, ſi nominatio non fuerit ſortita effectum, ſec. 2. n. 69
Hanc nominandi facultatem ob benemerita in Eccleſiam concedit Papa, ſec. 5. §. 1. n. 4
Henricus Bauarus per Principes Electores primus fuit electus Imperator, ſec. 1. n. 16
Horæ appoſitio vincit clauſulam anteferri, ſec. 2. n. 66
Horæ appoſitio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, ſec. 2. n. 67
Hoſpitalia non cadunt ſub precibus niſi ſint data in titulum vel vnita alicui beneficio Eccleſiaſtico, ſec. 2. n. 24

I

Illegitimi an ſint capaces precum, ſect. 4. n. 50
Immiſſionem primi non poteſt impedire ſecundus reſignatarius, ſec. 5. §. 3. n. 6
Imperium à Romanis defluxit, ſec. 1. n. 10
Imperator quid differat à Cæſare & Auguſto, ſec. 1. n. 11
Imperator non confert beneficia Germaniæ, ſed habet ius nominandi, in proœm. n. 2
Imperatoris elogium à Tertulliano, ſec. 1. n. 11
Imperium cum deſinet tunc antichriſtus adueniet, ibid. n. 11
Imperij Romani mutatio quando & qualis, ſec. 1. n. 12
Imperatorum primus electus per Principes Electores Henricus Bauarus, ſec. 1. n. 16
Imperator militari non Eccleſiaſtico charactere inſignitur, ſec. 1. n. 37.
Imperator dicitur protector & defenſor Eccleſiæ, ſec. 1. num. 25.
Imperatoris nomen aſſumit Rex Romanorum per vnctionem & coronationem, ſec. 1. n 17
Imperator ante conſecrationem & coronationem quam recipit à Papa eſt Rex Romanorum, ſec. 1. n. 25
Imperator aduocatiam à lege habet, ſec. 1. n. 39
Imperator triplici corona coronatur, ſec. 1. n. 26
Imperator qui vnum nominat an variare poſſit, ſec. 2. n. 8
Imperatoris electio confirmatur à Papa, ſec. 1. n. 19
Imperator ſemel in vna dumtaxat Eccleſia denominat, ſec. 1. n. 38
Imperator adminiſtrandi auctoritatem ab Archiepiſcopo Colonienſi recipit, ſec. 1. n. 41
Imperator priuilegio precum primariarum in præiudicium ſucceſſorum renuntiare non poteſt, ſec. 2. n. 52
Imperator habet preces in Eccleſijs ſub imperio exiſtentibus, in proœm. n. 3
Imperialis ſanctio an indigeat ſcriptura, ſec. 2. n. 4
Imperàtor an poſsit iterum conferre ſi Preciſta gratiam non acceptet, ſec. 2. n. 8

Imperator preces concedendo an poſſit mutare naturam beneficij, ſec.2.n.9

Imperator ante coronationem à Papa an poſſit primarias preces conferre, ſec.1.n.23

Imperatoris preces an quandoque euaneſcant, ſec.2.n.13

Imperator an poſsit preces ſemel conceſſas reuocare, ſec.2.n.17

Imperatori preces per Imperium dumtaxat conceduntur, ſec.2.n.18

Imperator poteſt vnico cõtextu aliquem denominare ad plura beneficia etiam in diuerſis Eccleſijs conſtituta, ſec.3. num.2.

Impedimentum non excuſat cùm remoueri poteſt, ſec:4.n.83

Impedimentum non debet eſſe affectatum, ſec.4.n.84

Impedimentum allegans probare debet, ſec.4.n.85

Impeditus proteſtari debet contra dantes cauſam, ſec.4.n.86

Impeditus debet probare impedimentum fuiſſe cauſâ nõ proſequendi, ſec.4.n.87

Impedito tantum temporis reſtitui debet quantum per impedimentum fuit ablatum, ſec.4 n.88

Impedimentum duplex ſi exſtiterit, & ſimplex tantum narratum fuerit ſuper vtroque diſpenſatum non præſumitur, ſec.5.§.1.n.31

In Bullis Papa proprium ſuum nomen ponit non cognomen, ſec.1.n.28

Incapacibus non proſunt nominationes Cæſaris, niſi cum eis diſpenſatum fuerit ſec.4.n.48

Incompatibilitas duobus modis conſideratur, ſec.3.n.16

Incompatibilitas ſimplicium beneficiorum quando inducatur, ſec.3 n.20

Incompatibilium poſſeſſor pacificus ipſo iure priori beneficio priuatur, ſec.3.n.7

Incompatibilium poſſeſſor non gaudet beneficio regulæ de triennali poſſeſſore, ſec.n.26

Incompatibilitas ceſſat accedente diſpenſatione Papæ, ſec.3.n.21

Indultum precum derogat quibuſcumque nominationibus ſec.4.n.24

Indultum precum relaxat in certis quibuſdam caſibus ſtatuta Eccleſiarum, ſec.4 n.47

Indulta cenſentur fauorabilia vel odioſa ex principali intentione concedentium ſec.2.n.17

Indulta Cardinalium habentia clauſulam ad collationem capiunt beneficia electiua, ſec.2.n.34

In concurrentibus in data is præferendus eſt qui eſt in poſſeſſione, ſec.2.n.5.

In concurrentibus in data is debet præferri qui habet clauſulam motus proprij, vel clauſulam etiamſi alteri contulerimus, ſect.2.n.5

In diuerſis ſcripturis vbi gratia & habitus concurrit priuatio ſemper præſumitur poſterior, ſec.2.n.5.

In diſpoſitione generali non comprehendũtur beneficia curata, niſi illa ſint prębendæ annexa, vti nec beneficia Cathedralium & Metropolitanarum, ſec 2.n.28

Inhabilis procurator an conſtitui poſſit ad ſubſtituendum habilem, ſec.4.n.28

Inſinuatio precum an neceſſaria, ſec.5.§.1.n.7

Inſtallationis miniſterium tantum habet Capitulum, ſec.4.n.263

Inſtitutio beneficiorum quæ dicatur, ſec.2.n.12

Inſtitutio Electorum Imperij, ſec.1.n.13

Iura gentium ſunt incommutabilia, ſec.5.§.2.n.15

Iuramentum de ſeruando Statuta Eccleſiæ non extenditur ad Statuta non recepta, ſec.5.§.1.n.40

Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus, ſec.5.§.1 n.41

Iuriſdictionis conceſſio intelligitur cumulatiuè non priuatiuè, in proœm.n.15

Iuriſpatronatus Beneficia quæ ſubiacent precibus, ſec.2.n.39

Ius patronatus competens alicui confraternitati an ſit Laicum vel Eccleſiaſticum, ſec.2.n.94

Ius patronatus Eccleſiæ fundatæ non acquirit Eccleſia matrix niſi de ſuo etiam aliquid contulerit, ſec. 4. n. 95
Ius quæſitum tollere nunquam intendit Papa, ſec. 2. n. 56

L

LAici non habent ius inſtituendi, ſect. 2. n. 12
Laici poſſunt conferre beneficia ex priuilegio Apoſtolico, in proœm. n. 4
Laicum procuratorem cõſtituere an poſſit Præciſta, ſec. 4. n. 39
Laudabile eſt beneficia patriotis conferre, ſec. 2. n. 22
Laudatur Ciuitas Leodienſis à pietate, religione & Cleri frequentia, ſec. 2. n. 80
Legatus non poteſt conferre beneficia extra Prouinciam ſita, etiam deuoluta ad Prælatum ſuæ Prouinciæ, ſec. 2. n 21
Legitimus contradictor in beneficialibus dicitur habens parem titulum, ſec. 5. § 3 n. 12
Legitimo contradictore exiſtente ceſſat via executiua, ſec. 5. § 3. n. 5.
Legitimus contradictor an poſſit dici Capitulum, ſec. 5. § 3. n. 20
Legitimus opponens & contradictor eſt Capitulum ſi recipiendus non ſit qualificatus, ſec. 5. § 3. n. 24
Legitimus contradictor quando ſit prouiſus ab ordinario contra prouiſũ Apoſtolicum, ſec. 5. § 3. n 14
Leodij beneficia electiua non ſunt obnoxia precibus, ſec. 2 n. 35
Leodij non ſunt obnoxiæ precibus dignitates quæ debentur Canonicis Eccleſiæ Cathedralis obſtãte Indulto Eugenij IV. ſec. 4. n 30
Leodij Beneficia non excedentia duas argenti marchas precibus nec vllis expectatiuis ſubiacent ex Conſtitutione Eugeniana, ſec. 4 n. 55
Leodienſes duplici priuilegio muniti ſunt quoad preces, ſec 4. n. 25
Liberam diſpoſitionem beneficiorum & abſolutam poteſtatem habet Papa, ſec. 5. §. 2. n. 19
Limitata cauſa limitatum producit effectum, ſec. 2. n. 21
Limitata poteſtas tranſit cum ſuo onere. ſec. 2. n. 10
Lis iniuſta vel calomnioſa an inducat vitium litigioſi, ſec. 4. n. 58
Lis mota in aſſequendo poſſeſſionem ſecundi beneficij excludit vacationem primi, ſec. 3. n. 15
Litigioſa beneficia non afficiunt preces, ſec. 4. n. 52
Litteræ Apoſtolicæ habent paratam executionem ſec. 4. n. 66 & 79

M

MAgnus Rex Germanus vocatus Otho, ſec. 1 n 8
Maior pars Capituli non poteſt lædere minorem partem, ſec. 5. §. 3. n. 25
Mandatum morte legati expirat re integra, ſec. 4. n. 12
Mandatum pro cura probatur per teſtes. ſec. 4 n. 19
Manutentionem non impediunt decretum irritans aliæque clauſulæ dum diſputatur, an diſpoſitio locum habeat nec nè, ſec. 5. §. 2. n. 44
Marcha argenti quid valeat, ſec. 4. n. 56
Menſis datus ad acceptandum an currat contra minorem vel impeditum, ſec 4. n. 38
Menſis datus ad acceptandum à quo tẽpore currere incipiat, ſec. 4. n. 29
Merita virtutum tribui merentibus conuenit, ſec. 1. n. 27
Militari non Eccleſiaſtico charactere inſignitur Imperator, ſec. 1. n. 37
Monucolaria beneficia non comprehenduntur ſub precibus ſec. 2. n. 44
Morte Cæſaris an preces expirent re integra, ſec. 4 n. 12
Motus proprij clauſula quid differat à clauſula ex certa ſcientia, ſec. 5. §. 1. n. 24
Mutatio Imperij Romani, ſec. 1. n. 12
Mutus an capax precum, ſec. 2. n. 44

N

NEceſſitant preces emanatæ ab eo qui imperare poteſt, in proœm. n. 24
Negligens in acceptando quis dicatur, ſec. 4. n. 30
Nomen quis primus Summorum Pontificum mutauit, ſec. 1 n. 2
Nominatio Cæſaris habet vim præſentationis vigore cuius prælatus debet nominatum inſtituere, ſec. 2. n. 3
Nominatio Cæſaris an poſſit eſſe conditionalis, ſec. 2. n. 10
Nominationis inſinuatio an neceſſaria, ſec. 5. §. 1. n. 7
Nominationes Cæſaris an capiant beneficia vacantia ob crimen, ſec. 2. n. 14
Nominationes Cæſaris ſunt adinſtar priuilegiorum ſec. 2. n. 17
Nominationes Cæſaris non proſunt incapacibus, niſi cum eis fuerit diſpenſatum, ſec. 4. n. 48
Nominationes non tam perſonis Prælatorum quàm ipſis Prælaturis ſeu dignitati fiunt, ſec. 4. n. 6
Nominatio ſi non fuerit ſortita effectum nominandi facultatem habens illam à ſe non abdicat, ſec. 2. n. 69
Nominationes vniuerſitatum non impediunt effectum precum, ſec. 5. §. 1. n. 21
Nominatus ad primam Præbendam, ſi negligat illam petere extinguitur illius gratia, ſec. 2. n. 42
Nominatus an teneatur oſtendere titulum ſui prædeceſſoris, ſec. 4. n. 35
Nominatus ſecundo habens litteras expeditas an præferetur primo litteras non habenti, ſec. 2. n. 4
Nominandi poteſtatem qui habet ſi ſemel nominauerit variandi poteſtas non conceditur; ſec. 4. n. 32
Nullus præter Papam aut Principem non recognoſcentem ſuperiorem poteſt vti clauſula nonobſtan. ſec. 5. §. 1. n. 16

O

OFficia Eccleſiaſtica an ſub precibus comprehendantur & quæ ſint eiuſmodi, ſec. 2 n. 33
Omnis receſſus à iure communi eſt odioſus proindeque reſtringendus, ſec. 2. n. 17
Ordinarius ſi recuſet inſtituere Preciſtam quid iuris, ſec. 2. n. 17
Ordinarios habentem collationem quatuor beneficiorum afficiunt preces, ſec. 2 n. 45
Onus probandi collatorem habere quatuor beneficia cui incumbat, ſec, 2. n 46
Ordinarius non poteſt niſi ſemel grauari, ſec. 3. n. 6
Ordinariorum Diœceſis Leodien priuilegium, ſec. 4. n. 55
Ordinari collatio an ſubſiſtat preciſta non acceptante, ſec. 5. §. 2. n. 16
Ordinarius ſi neglecto Preciſta alteri conferat an poſtea Preciſtæ requirenti poſſit conferre, ſec. 4. n. 36
Ordinarius non confert priuatiuè ſi Papa intra tres menſes conferre negligat, ſed erit præuentioni locus, ſec. 5. §. 2. num. 21
Ordinarij collatio eſt fauorabilis, ſec. 5, §. 3. n. 13
Origo precum primariarum, in proœm. num. 21
Otho magnus Rex Germanus vocatus, ſect. 1. n. 8

P

PAcifica poſſeſſio quæ dicatur, ſec. 3. n. 9 & in proœm. n. 22
Pacificus poſſeſſor incompatibilium ipſo iure beneficijs priuatur, ſec. 3. n. 8
Papa conſtans eſſe debet, & immobilis vti eſt, ſec. 5. §. 1. n 4
Papa non ligat manus ſucceſſorum, ſec. 5. §. 2 n. 15
Papa cur nomen mutet, ſect. 1. n. 1
Papa poteſt dare facultatem Laico conferendi Beneficia, in proœm. n. 4
Papa cur ſe Epiſcopum nominet, ſec. 1. num 3
Papa ſcribens Epiſcopis fratres appellat illos, alijs filios, ſec. 1. n. 4
Papa proprium ſuum nomen ponit in Bullis

Bullis, non cognomen, ſec. 1. n. 28
Papa ſalutat eum cui confert, ſec. 1. n. 33
Papa an poſſit ſtatuere vt Imperium iure hæreditario deferatur, ſec. 1. n. 85
Papa nunquam intendit ius quęſitum tollere, ſec. 2. n. 66
Papa ſolus Coadiutores cum futura ſucceſſione deputat, ſec. 2. n. 86
Papa per generalia verba non tollit ſpecialia iura, ſec. 5. §. 1. n. 3
Papa conceſſit hanc nominandi facultatem ob benemerita in Eccleſiam, ſec. 5. §. 1. n 4
Papa committit Epiſcopo loci ſi diſpenſandus non reperiatur in Curia, ſec. 5. §. 1. n. 15
Papa approbat Concordata Germaniæ, ſec. 5. § 2. n. 2
Papæ collatio an debeat innoteſcere intra tres mēſes in loco beneficij, ſec. 5. §. 2. n. 8
Papa an poſſit ardua expedire ſine Cardinalium conſilio, ſec. 5. §. 2. n. 18
Papa quare requirat fratrum conſilium, ſec. 5. §. 2 n 20
Papa ſi negligat conferre intra tres menſes ordinarius non confert priuatiuè, ſed erit præuentioni locus, ſec. 5. §. 2. num. 21
Papa per clauſulas generales derogatorias non intendit derogare particulari ſtatuto, ſec 5 §. 3. n. 26
Paratam executionem habent litteræ Apoſtolicæ, ſec. 4. n. 79
Pater Claudius Iayus Ieſuita recuſat Epiſcopatum Iergeſtinum, vltro ſibi à Ferdinando I. Romanorum Rege oblatum, in proœm. n. 9
Patriotis beneficia conferre eſt laudabile ſec. 2. n. 22
Patronus Eccleſiaſtus in præſentando variare non poteſt, ſec. 2. n. 57
Patronus Laicus plures præſentare poteſt, donec actus fuerit plenè conſummatus, ſec. 2. n. 6
Paulus V. ante Pontificatum vocabatur Camillus, ſect. 1. n. 1
Penſio Eccleſiaſtica extinguitur per militiam, ſec. 2. n. 77
Penſio an ſit beneficium, ſec. 5. §. 2. n. 24
Penſio excedat xxiv. ducatos ſolui debet annata, ſec. 5. §. 2. n. 25
Penſio litteris non expeditis an ſalua cōſcientia exigi poſſit, ſec. 5. §. 2. n. 28
Penſiones an comprehendantur ſub precibus, ſec. 2. n. 24
Perſonatus quid, ſec. 2. n. 3
Per Principes Electores primus fuit electus Imperator Henricus Bauarus,
Per fulminationem proceſſus res non dicitur amplius integra, ſec. 4. n. 8
Per clauſulam generalem nonobſtan. non cenſetur derogatum regulis cancell. ſec. 5. §. 1. n. 2
Per Clauſulam Indignationem Beatorū Petri & Pauli, &c. corroborantur Apoſtolica reſcripta, ſec. 5. §. 3. n. 18
Philippus Archidux Auſtriæ inhibet nē aliquæ gratię Apoſtolicæ in ſuis ditionibus executioni mandentur abſque placeto, in proœm. n. 19
Pœna non ſoluentium annatas debitis tēporibus, ſec. 5. §. 2. n. 37
Pontificum quis primus nomen mutauerit, ſect. 1. n. 2
Poſſeſſor incompatibilium non gaudet beneficio regulæ de triennali poſſeſſore, ſec. 3. n. 16
Poſſeſſionis effectus conſiſtit in perceptione fructuum, ſec. 3. n. 11
Poſſeſſio relaxata intra terminum ad appellandum eſt nulla, ſec. 4. n. 81 & 105
Poſſeſſio pacifica quæ, ſec. 4. n. 91
Poſſeſsio ſine titulo vera eſſe poteſt, ſec 4 n. 99
Poſſeſsio conſiſtit in mero facto, ſec. 5 §. 3. n. 21
Poſſeſsio beneficij poteſt transferri, ſec. 4. n. 59
Poſſeſſor triennalis an cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſec. 4. n. 65
Potentia vocis dummodo, ſec. 2. n. 36
Poteſtas dictionis prouiſio, ſec. 2. n. 38
Poteſtas executoris verſatur circa contradictores de facto non de iure, ſec. 4. n. 102
Precum materia à nemine huc vſque tract-

tractata, in proœm n. 1
Precum primariarum formula, in proœm. num. 11.
Preces primariæ à quo tempore cœperint, in proœm. n. 10
Preces primariæ locum habent in omnibus Prouincijs, Territorijs & Ciuitatibus comprehenſis ſub concordatis nationis Germaniæ, in proœm. n. 13
Preces primarias non comprehendi ſub Concilio Tridentino declarauit ſacra Congregatio, in proœm. n. 17
Precum primariarum origo, in proœm. n. 21.
Preces emanatæ ab eo qui imperare poteſt, neceſsitant. in proœm. n. 24
Preces ante coronationem non concedit Imperator, ſec. 1. n. 23
Preces Primariæ cur ſic dicantur, ſec. 1. num. 24
Preces Cæſaris an aliquando euaneſcant ſec. 2. n. 13
Preces an ſint iuris fauorabilis an odioſi, ſec. 2. n. 17
Preces Imperiales non capiunt beneficia extra Imperium ſita, ſec. 2. n 20
Precibus non effectuatis ob mortem Preciſtæ an Cæſar poſsit alium nominare, ſect. 2. n. 6
Preces an afficiant beneficia in Germania quorum collator non eſt incola Germaniæ, ſect. 2. n. 19
Preces an extinguantur morte Cæſaris, ſect. 4. n. 6
Preces quæ officia capiant, ſect. 2. n. 33
Precibus non afficiuntur beneficia deſignata, ſect 2. n. 24
Preces Leodij non capiunt dignitates. ſect. 2. n. 29 & 30
Preces in vno dumtaxat Beneficio grauant collatores, ſect. 2. n. 42
Preces an afficiant beneficia nedum ad collationem Capituli, ſed etiam ſingulorum de Capitulo, ſec. 2. n 40
Preces afficiunt ordinarios habentes collationem quatuor beneficiorum, ſect. 2. n. 45
Preces ſunt iuris fauorabilis. ſec 2. n. 78
Preces an etiam habeant locum in menſibus ordinariorum, & quid in Patria Leodien. ſect. 4. n. 23
Preces an habeant locum in quacumque vacatione, ſect 4. n 26
Precum inſinuatione ante menſem an ſit opus, ſect. 4. n. 50
Preces non capiunt beneficia litigioſa, ſect 4. n. 52
Preces tribuunt coloratum titulum, ſect. 4. n. 61
Preces primariæ non tollunt coadiutorias cum futura ſucceſsione de conſenſu Coadiuti expeditas, ſec. 4. n. 106
Preces Capitulo inſinuandæ, capitulariter congregatis Canonicis inſinuandæ ſunt, ſect. 4. n. 42
Preces Cæſaris non comprehenduntur ſub Concilio Tridentino, ſect. 5. §. 1. num. 6
Preces fauorabiliores nominationibus Vniuerſitatum. ſect. 5. § 1. n. 8
Preciſta ſi nominatus ſit ad aliquod beneficium ſimplex, an poſſit illud acceptare ſi ſit erectum in curatum, ſec. 2. n. 11
Preciſta an opus habeat noua collatione ſeu inſtitutione, ſec. 2. n. 12
Preciſta committens crimen priuatione dignum, & ex quo factus ſit irregularis, an poſtea alias preces à Cæſare impetrare poſſit, ſec. 2. n. 15
Preciſtæ contrahenti matrimonium, an poſsit Cæſar alterum ſurrogare, ſec. 2. n. 16
Preciſta ſi negligat petere primam, an poſsit poſtea ſecundam nulli adhuc debitam petere, ſec. 4. n 31
Preciſta an poſsit conſtituere procuratorem laicum ad acceptandum, ſec. 4. num. 19
Preciſta poteſt per procuratorem acceptare, dummodo procurator habeat ſpeciale mandatum, ſec. 4. n. 16
Preciſta an per ſubſtitutum optare poſsit ſec. 4. n. 27
Preciſta an debeat acceptare intra menſem, ſec. 4. n. 27

Preciſtæ

Præciſtæ ratihabitio quando valeat, ſect. 4. n. 27

Preciſta an poſsit acceptare poſt menſem ſi res ſit adhuc integra, ſec. 4. n. 30

Preciſta acceptando ſi errauerit in nomine an ſibi præiudicet, ſec. 4 n, 35

Preciſta an impediatur vti precibus ob aliud beneficium quod poſsidet in eadem Eccleſia, ſec. 4. n 45

Preciſta ſi non fuerit in ætate ſufficienti quid iuris, ſect. 4. n. 49

Preciſta an teneatur docere de titulo ſui prædeceſſoris, ſec. 4. n. 35

Preciſta ordinario abſente an teneatur preces ſuas inſinuare vicario, ſec 4. n 41

Preciſta an teneatur exprimere beneficia quæ poſsidet, ſec. 4. n. 54

Preciſtis non obſtant nominationes ſeu ſpeciales reſeruationes, ſec. 4. n. 54

Præſentatus ſi cedat aut decedat ante inſtitutiones, turnus non conſumitur, ſect. 2. n. 7

Primariarum precum executores rogant & monent, in proœm. n. 23

Prima Principis donatio poſteriori præualet, ſec. 2. n. 59

Primo Rex Romanorum creatur eligendus Imperator, ſect. n. 5

Princeps à ſuo contractu recedere non poteſt, ſect. 5. §. 2. n. 15

Princeps debet eſſe conſtans & immobilis, ſect. 5. §. 1. n. 4

Princeps contra factum ſuum veniens, faciensque ſecundam ſucceſſionem primæ contrariam, prima ſubſiſtit & non ſecunda, ſec. 5. §. 3. n. 28

Princeps donando aliquid benemerito ei non debet auferre ſine cauſa, ſec. 5. §. 5. n. 4

Princeps rem ſemel vni donatam alteri dare non poteſt, ſec. 2. n. 26

Principis ſuperioritas ſemper ſalua manet quæcumque poteſtas concedatur, in proœm. n. 6

Principum conſilijs eliminandi ſunt exteri, ſec. 2. n. 23

Principum priuilegia latè ſunt interpretanda, ſect. 2. n, 17

Principalis dignitas in collegiata quæ dicatur, ſec. 2. n. 32

Priuilegium præſentandi in Hiſpanijs Abbates & alios Prælatos Eccleſiarum Carolo V. conceſsit Adrianus VI. in proœm. n. 13

Priuilegium conceſſum dignitati tranſit ad ſucceſſorem, ſect. 2. n. 51

Priuilegio precum primariarum in præiudicium ſucceſſorum renuntiare non poteſt Imperator ſect. 2. n. 52

Priuilegium reale vel perſonale quo modo cognoſcatur, ſect. 2. n. 53

Priuilegio conſiſtenti in facultate non præſcribitur, ſect. 2. n 54

Priuilegium non egreditur ſuos terminos, ſect. 2. n, 21

Priuilegia in præiudicium ordinariorum ſtrictè ſunt interpretanda, ſect. 2. n. 48

Priuilegium contra ius commune non extenditur de perſona in perſonam, ſect. 4. n. 12

Priuilegium ſpeciale non tollitur per generalem diſpoſitionem, ſect. 2. n. 22

Priuilegij reuocatio non præſumitur niſi de illa apertè conſtet, ſect. 4. n, 23

Priuilegium Cæſaris expirat re integra, quia perſonale eſt reſpectu Cæſaris regnantis, ſec. 4. n. 14

Priuilegium ordinariorum Leodien. ſec. 4. 55

Priuilegium Pij II. ſuper duabus marchis ſec. 4. n. 96

Priuilegij Pij II. per Carolum V. confirmatio, ſec. 4. n. 97

Proceſſus fulminatus ad quid, ſec. 4. n. 8

Procurator ad beneficia negatiuè ſpiritualia an poſſit eſſe Laicus, ſec. 4. n. 18

Promoti beneficia vt vacent quatuor cõcurrere debent, ſec. 3. n. 24

Prouiſi duo vnus à Papa alter à Vicario ordinarij ſi concurrant cum Preciſta, quid iuris, ſec. 4. n. 38

Prouiſionis vox quid importet ſec. 2. n 33

Prouiſio conditionalis nullum ius tribuit prouiſo ante purificationem conditionis, ſect. 5. §. 3. n. 16

Prouiſus ab ordinario quando ſit legitimus

mus contradictor contra prouiſum Apoſtolicum, ſec. 5. §. 3. n. 14
Puri & purificati idem eſt iudicium, ſect. 5. §. 3, n. 17

Q

Qualis electio Imperatoris ante datos Electores, ſec. 1. n. 6
Qualitas ſi ſit fundamentum intentionis Actoris vel Rei, illa qualitas probanda erit per eum qui ſe in ea fundat, ſec. 4 num. 30
Quæ dicatur pacifica poſſeſſio, in proœm. num. 22.
Quando quis tenetur ad factum limitato tempore, ſi non facit negligentia præſumitur, ſec. 2. n. 30
Quindennia quomodo & quare fuerint introducta, ſec. 5. §. 2. n. 32
Quindennia ſurrogata ſunt in locum annatarum, ſec. 5. §. 2. n. 36
Quod pendet non eſt pro eo quaſi ſit, ſec. 4. n. 34.

R

Ratihabitio per fictionem retro trahitur. ſec. 4, n. 20
Ratihabitio preciſtæ quando valeat, ſec. 4. n. 28
Regaliſta pendente lite ſi moriatur collatio redit ad Regem, ſec 2. n. 7
Reges Neapolitani & Angliæ an habeant ius conferendi beneficia, in proœm. n. 5
Reges Franciæ certas olim præbendas ex conceſſione Summi Pontificis contulerunt, in proœm. n. 5
Regulare beneficium quod dicatur, & an ſub precibus comprehendatur, ſec. 2. n 26
Renuntiatio iuris proprij non præſumitur ſec, 4. n. 23
Renuntiante Preciſta an ordinarius precibus grauandus, ſec. 5. §. 2. n 16
Rem ſemel vni donatam Princeps alteri dare non poteſt, ſec. 2. n. 76
Res quando dicatur integra, ſec. 4. n. 7
Reſeruata Sedi Apoſtolicæ beneficia, ſect. 5. §. 2. n. 3
Reſeruationes an impediant effectum precum, ſec. 5. §. 1. n. 6
Reſignatarius ſecundus non poteſt impedire immiſſionem primi, ſec. 5. §. n. 6
Rex Hiſpaniæ non admittit Apoſtolica diplomata abſque placeto, in proœm. num. 6.
Rex Romanorum in ſuis ditionibus quoſdam Epiſcopatus & Archiepiſcopatus confert à Sancta Sede confirmãdos, in proœm. n. 8
Rex Romanorum non aſſumit nomen Imperatoris niſi vnctus, coronatus & conſecratus à Papa, ſec. 1 n. 17
Romani Imperij mutatio, ſec. 1. n. 12

S

Sabelli Dux præſtat obedientiam Sanctæ Sedi pro Ferdinando II. Imperatore, ſec. 1. n. 20
Sacra Congregatio Concilij Tridentini declarauit preces non comprehendi ſub cap. 19. ſeſſ. 24. de expectatiuis, in proœm. n. 17
Salutandi vſus antiquus ſec, 1. n. 9
Scriptura an ſit de eſſentia gratiæ, ſec. 2. num. 2.
Scriptura an de ſeipſo commuui moderno requiratur in collatione, ſec. 2. n. 62
Scriptura in gratijs Principum neceſſaria non ad illarum eſſentiam, ſed ad illarum probationem, ſec. 2. n. 4
Secundam vocem habet Archiepiſcopus Colonienſis in electione, Imperatorique primum regium diadema imponit, ſec. 1. n 40
Semel dumtaxat denominat Imperator in vna Eccleſia, ſec. 1. n. 30
Si duo concurrant de eadem temporis data vter Preciſtarum potior, ſec. 2. n. 5
Simul fieri quæ dicantur, ſec. 3. n. 1
Si recipiendus non ſit qualificatus Capitulum eſt legitimus opponens, ſec. 5. §. 3. n. 24
Sixtina Conſtitutio, ſec. 2. n. 93

Spurij an ſint capaces precum, ſec. 4. n. 50
Stallum in choro & vox in Capitulo non habentur pro fructibus Canonicatus ad effectum incompatibilitatis, ſect. 3. n. 14
Statuta iurata non tollit clauſula generalis, ſec. 5. §. 1. n. 15
Statuta pœnalia ſunt per hoc indultum abrogata, ſec. 5 §. 1. n. 18
Statutum quo diſponitur non valere beneficiorum collationes niſi cum patriotis ſubſiſtit, ſec. 2. n. 22
Stylus Romanus facit ius, ſec. 2. n. 60
Stylus Romanæ Curiæ modò albus modò niger, ſec. 5. §. 2. n. 39
Sub clauſula *Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum noverit ſe incurſurum.* non comprehenditur contradictor iuris, ſec. 5. §. 3. n. 4
Sub exſpectatiuis non cadunt beneficia regularia, ſect. 2. n. 27
Subreptionem quæ inducant, ſec 4. n. 67
Succeſſor cenſetur vna & eadem perſona cum ſuo prædeceſſore, ſec, 5. §. 2. n. 15
Succeſſor in Imperio non vtitur priuilegio anteceſſoris ſi is non fuerit vſus, ſec. 4. n, 10
Summo Pontifici inſinuat electionem ſuam electus Rex Romanorum per ſuos legatos, qui pro eo præſtant obedientiam, ſec. 1. n. 21
Superioritas Principis ſemper ſalua maner, quæcumque poteſtas concedatur, in proœm. n. 16
Surdus an capax precum, ſec. 2. n. 41

T

TAntùm inſtallationis miniſterium habet Capitulum, ſec. 4. n. 63
Tantum temporis impedito reſtitui debet quantum per impedimentum fuit ablatum, ſec. 4. n. 88
Tempus vnius menſis ad acceptandum an currat contra minorem vel impeditum, ſec, 4. n. 38
Tempus ad acceptãdum quando currere incipiat, ſec. 4. n. 29
Temporis in incertitudine is præferendus qui probat tempus præciſum, ſec. 2. n. 5
Tenori prouiſionis coadiutoriæ ſeu litterarum deſuper expeditarum coadiutor debet ſe conformare, ſec. 4, n. 109
Tertulliani vaticinium de Imperio, ſec. 1. n. 11
Teſtamenta coniugum in vno & eodem actu, ſiue in vna & eadem charta validè expediri poſſunt & ſubſiſtunt, ſec. 3. n. 3
Textus precum, ſect. 1.
Textus Conſtitutionis Pij V. ſec. 2. n. 81
Textus de qua deuolutione loquatur, ſec, 4. n. 51
Thenenſis Eccleſia & aliæ quæ aliquando fuerunt Diœceſis Leodienſis retinent Canonicas exemptiones quas habebãt dum ſubijcerentur Diœceſi Leodienſi, in proœm. n. 2.
Titulus coloratus ſufficit ad tollendam intruſionem, ſec. 4. n. 60
Titulum coloratum tribuunt preces, ſect. 2. n. 61
Titulus precum an cumulari poſſit cum titulo ordinarij, ſec. 4. n. 68
Tranſlatio bonorum intelligitur cum ſuis oneribus, in proœm. n 3
Tranſlationis poteſtas tanta non eſt vt rei ſeu tranſlati loci priuilegia adimat. in proœm. n. 2
Triennalis poſſeſſor an cogatur ad oſtenſionem ſui tituli, ſect. 4. n. 65
Triplici corona coronatur Imperator, ſec, 1. n. 16
Turnarij collatio ſuccedit loco collationis Capituli, quod limita vt ibi, ſect. 2. n. 40
Turnus non conſumitur, ſi præſentatus cedat vel decedat ante inſtitutiones, ſec, 2. n. 70

V

VAcatio vera non inducitur niſi poſt mortem, ſec 2. n. 24.

Vacāt in Curia beneficia eorum qui promouentur ad Eccleſiarum & Monaſteriorum regimina, ſec. 3. n. 23
Valor Marchæ & Ducati de Camera, ſect. 4. n. 56
Variatio in Principibus illaudatur, ſect. 5 §. 3 n. 28
Variare in præſentando an poſſit patronus Eccleſiaſticus, ſect. 2. n. 57
Variatio reprobatur in iure iuxta prouerbium Italicum, ſect. 2. n. 55
Variationi quando locus ſit, ſect. 4. n. 33
Variatio licita eſt vbi actus primus non tenuit, ſect. 4. n. 89 & ſec. 2. n. 43
Verbum incontinenti quomodo interpretetur, ſect. 3. n. 10
Verbum vacare adaptatur cuicumque vacationi, ſec. 4. n. 26
Vicariæ an comprehendantur ſub precibus, ſect. 2. n. 24
Vincula duo fortiora ſunt vno, ſec. 5. §. 1. n. 3
Virtutum merita tribui merentibus conuenit, ſect. 1. n. 27
Vis & energia clauſulæ nonobſtan. ſec. 5 § 1. n. 1
Vis & energia clauſularum derogatoriarum derogatorijs. ſec 5. § 1. n. 22
Vitium litigioſi non inducit lis iniuſta vel calumnioſa aut ſi ſuper poſſeſsione ſit inducta aut ſi mota contra triennalem, ſect. 4. n. 53
Voluntas teſtatoris vbi eſt certa nunquã poteſt alterari, ſect. 2. n. 9.
Vnctio quid differat à conſecratione, ſec. 1. n. 22
Vniuerſitatum nominationes non impediunt effectum precum, ſec. 5. §. 1. n. 21
Vniuerſitas nunquam moritur, ſect. 5. §. 1. n. 34

FINIS

ERRATA SIC CORRIGE.

Pagin.	Lin.
2.	19. ab eo qui imperare *adde* po-
4.	2. Congregatio III *pro* III. (teſt.
5.	27. placitum *pro* placetum.
	30. incepiſſe *pro* irrepſiſſe.
6.	16, principium *pro* principum.
7.	21. Gregorium XIII. *pro* Paulum V.
8.	16. Cathedralis *pro* Cathedrali.
10.	16. communicant *pro* cõmunicat
17.	24. Romano I. Pontifice *pro* Romano Pontifice.
27.	4. præſtitit *pro* præſtat.
circa	5. *adde* quam nuper hoc eſt.
medium	8. Reuerendi *pro* Reuerendiſſimi.
	15. electionijs *pro* electionis.
30,	36. ſchiſanatico *pro* ſchiſmatico.
34,	17. beneficiaq; *pro* beneficiaſque.
35.	23. An collatione de ſtylo communi moderno in requiratur ſcriptura *pro* an in collatione.
37.	17. conueuerint *pro* conſueuerint.
44.	10, conditio es *pro* conditiones.
55.	31. ordinarium *pro* ordinariorum,
59.	25, metropolilana *pro* metropolitana.
62,	17. conditionemi ta *pro* conditionem ita.
61.	29. expremi *pro* exprimi.
63,	23 licero quatur *pro* licet loquatur.
64.	13, Eccleſiæ *pro* Eccleſia.
66	26 iſtis primarijs precibus *pro* iſtarum primariarum precum.
68.	36. quod ſi *pro* quid ſi
70,	10. poeſt *pro* poteſt.
	24 ſuũmetitur *pro* ſuum metitur.
72.	5, *dele* vnum multa.
	35 ex oppoſitione *pro* appoſitione.
77.	28. conc ſſus *pro* conſenſus.
82.	36. actu præbendarum *pro* præbendatorum.
84.	14. expereſsè *pro* expreſſe
	30. erigendi *pro* exigendi.
88.	23. qua enemente *pro* eueniente.
	27. prioris gu itię *pro* prioris gratiæ
	28. præiudicum *pro* præiudicium,

Pag.	Lin.
	33. incomparabilitate *pro* incompatibilitate.
89.	23. au *pro* aut.
90.	5. & 6, fuctuum *pro* fructuum.
91.	15. iila *pro* illa.
	24. Eccleſiarum vacuitas *pro* vicinitas.
	vlt. incomparabilitatem *pro* incompatibilitatem.
92.	31. beneſicio *pro* beneficio.
95.	33. miniſterum *pro* miniſterium.
98.	13 et iam *pro* etiam.
99.	18. non vacato *pro* vocato.
	30. aſsign re *pro* aſsignare.
101.	22. Iure *pro* Iura.
102.	*dele* Præciſtam non ſit acceptatum beneficium & gratio,
	16. effectnm *pro* effectum.
103.	8, deſignat *pro* deſinat.
107.	13, verum eligendi *pro* iterum.
109	vlt. execrablis *pro* execrabilis.
110.	33, iur. *pro* Iuri.
	29. ſpecie *pro* ſpecificè.
111.	23. Imperials *pro* Imperiales.
	25. nominationã *pro* nominationẽ.
	28 Imperiale *pro* Imperiales.
	31. collato *pro* collatio.
	32. atne quam *pro* antequam.
	33. inſinuetur *pro* inſinuetur.
115.	2 ſed *pro* ſeu.
	26. & reſeruatione *pro* de reſeruatione.
	26. de alternatiua *pro* &.
117,	34 ſe is *pro* ſi is.
118.	34. vt præiudicium *adde* in.
119.	1. debet *pro* decet.
	18, appr mam *pro* ad primam.
	35. prouiſio *pro* prouiſo.
119,	9. acquiriri *pro* acquiri
121.	13. ſit *pro* fit
123,	vlt quemaomodum *pro* quemadmodum
126.	13. pręſentationi *pro* pręſentationis
	15, de *pro* DD.
128.	11 perſequitur *pro* proſequitur
130.	29. Iuſtitia *lege* iniuſtitia
18..	13, præbenda *pro* præbendæ

Pag.	Lin.
133.	35. Trennalis *pro* Triennalis
134.	11 imprimere *pro* inferre
135.	3 andetur *pro* an detur
136.	21. potuerunt *pro* poterunt
	24. Immo. VIII. *pro* Inno. VIII.
137.	1. reformationes *pro* reſeruationes
	27. Eccleſiaſti *pro* Eccleſiaſticis.
138.	9. *adde* non valet
139.	24. terminio *pro* termino
140.	14. primo *pro* primum
141.	22. inſtitia *pro* Iuſtitia
144.	35. incurſurium *pro* incurſurum
148.	20. *dele* non
149.	3. eluſula *pro* clauſula
153.	12. eſſet *pro* ceſſet
155.	14. vt *pro* quod
159.	18 adeoque *pro* ideoque
162.	4. etiam *pro* etiamſi
	32. repulſio *pro* repulſo
163.	10. receptiones *pro* exceptiones.
	12 proceſſum *pro* proceſſuum
	26 *dele* vnum hic
164.	2. deb. *pro* debet
	8. ot *pro* tot
	26. apiſpenſatus *pro* diſpenſatus

Pag.	Lin.
	27. dequaquam *pro* nequàquam
	28 fuerint *pro* fuerit
	31. ſuffrageartur *pro* ſuffragetur
166.	12. ſiue *pro* ſine
169.	vlt. plures *pro* pluries
	vlt. ſoluerunt *pro* ſoluetur.
171.	3. diſpotio *pro* diſpoſitio
174.	33. haeri *pro* haberi
175.	32. hon *pro* hoc
176.	20. Eugenum *pro* Eugenium
177.	14. poſſint *pro* poſſit
179.	33. ſæu *pro* ſuæ
	34. ſimimiliter *pro* ſimiliter
182.	3. in *pro* vt
	14. ei tam *pro* etiam
	vlt. nominatui *pro* nominatus
186.	2. & 21. annum *pro* annuum
189.	11. annum *pro* annuum
	35. emanatarium *pro* emanatarum
190	9. indigatione *pro* indagatione
	31. egreſſu *pro* ingreſſu
195.	30. fronte *pro* fonte
196.	1. inſtruſiione notaria *pro* inſtruſione notoria
197.	24. ſommorum *pro* ſummorum.

ERRATA JNDICIS.

Litt. C. Clauſula anteferri vis & energia *lege* Clauſulæ
Claſula *lege* Clauſula
Concordatorum Germaniæ textus ſec. 5. §. 1. num. 1. *pro* §. 2.

Litt. D. Decretum quod ſolet apponi in prouiſiode *lege* prouiſione
Decretum itans *lege* Decretum irritans.
Dignitas maior poſt pontificalẽ quæ ſit & qui cognoſcatur & an comprehendantur *lege* comprehendatur

Litt. G. Generalis diſpoſitio non extenditur ad caſu priuilegiatos *lege* caſus

Litt. M. Monucularia *lege* Monocularia.

Litt. P. Penſio excedat *lege* ſi excedat.

Litt. S. Scriptura an de ſeipſo communi moderno *lege* de ſtylo communi moderno.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google